Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Peruenitq; ſonus eius ad extremũ terre. quia iudicium domino
cum gentibus. Certe tunc vox domini confringentis cedros. nã
tunc dominus confringet cedros libani. Hoc eſt ſuperbos ⁊ ele-
uatos eius ſpeciales inimicos. Qui mox vt honorificati fuerint.
⁊ tanq̃m cedri exaltati quemadmodum fumus deficient. cum in
hoc iudicio humiliati fuerint a domino. ⁊ quaſi penitus ad nichi
lum redacti. Hec etiam vox domini erit ſicut tonitruum verbe-
rans terram. Ideo Job viceſimoſexto. tremẽs dicebat. Quis po
terit tonitruum magnitudinis eius intueri. Unde Pſalmiſta.
Intonuit de celo dominus ⁊ altiſſimus dedit vocem ſuam.
Item Job triceſimoſeptimo. Tonabit dominus voce ſua mira-
biliter qui facit magna ⁊ mirabilia. Hinc Ancelmus in medita
tionibus ſuis dicit. Quid dormitas anima tepida ⁊ euomi dig-
na. Qui non expergiſcitur. Qui non tremit ad tantum tonitru
um. non dormit. ſed mortuus eſt. ¶ Item verbum domini erit
ad modum choruſcantis. Unde zacharie nono. Exibit vt ful-
gur iaculum eius ⁊ dominus in tuba canet. Certe ſicut dicitur
Iſaie viceſimo capitulo. In die illa clangetur tuba magna. Hic
dicit Criſoſtomus ſuper illud Matthei decimoquarto. Uirtu-
tes celorum mouebuntur. Uere vox magna vox tube terribilis.
cui omnia obediunt elementa. Que petras ſcindit. inferos ape-
rit. portas ereas frangit. vincula mortuorum diſrumpit. ⁊ de
profundis abyſſi liberatas animas corporibus ſuis reddit. ⁊ ad
iudicium ire compellit. Hec omnia citius conſumentur in ope-
re. tanquam ſagitta tranſit in aere. Dicente Apoſtolo prima ad
Corintheos decimoquinto. In momento in ictu oculi in nouiſ-
ma tuba. De hac etiam tuba dicit beatus Hieronymus ſuper
Mattheum. Quotiens diem illum conſidero. toto corde con-
tremiſco. Siue etiam comedo. ſiue bibo. ſiue aliquid aliud facio
Semper videtur illa horribilis tuba ſonare in auribus meis.
Surgite vos mortui ⁊ venite ad iudicium. Hunc diem frequẽ
ter debet cogitare quilibet tribulatus. ſeu onere penitentie ag-
grauatus. ⁊ magnum inde ſuſcipiet in anima ſubleuamen. Un-
de dicit beatus Gregorius in omelia. Diem illum fratres chariſ
ſimi ante oculos veſtros ponite. ⁊ quicquid modo graue cerni-
tur in eius comparatione leuiatur. ¶ Debemus etiam hanc di
em expaueſcere ⁊ timere. Nam hec eſt dies ire. dies magna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

⁊ amara valde. Unde Sophonie pͥmo. Uox dici domi amara. tribulabitur ibi fortis dies ire dies illa dies tribulatōis ⁊ angu‑ ſtie. dies calamitatꝫ ⁊ miſerie. dies tenebrarū ⁊ caliginis. dies ne bule ⁊ turbinis. dies tube ⁊ clangoris. Itē Iſa. iiij. Sol ꝯuerte tur in tenebras ⁊ luna in ſanguinē. anqꝫ veniet dies dn̄i magnꝰ ⁊ horribilis. O q̄ntū metuebat btūs Bern̄. hūc diem quādo dix it. Cū recordor moriturꝰ. terret terror me venturus. Quez expe cto nō ſecurus. terret dies me terroris. dies ire ⁊ furoris. dies lu ctus ⁊ meroris. dies vltrix pctōris. De hoc etiā die ait ſic idē in ſermōe. Nudi ſtabūt ante tribunal xpi. vt audiant vocē iudicij. qui obturauerunt aurē ſuā ad vocē ꝯſilij. Quid em̄ loquit̃ deus Agite inq̄t pn̄iam. Multi tn̄ diſſimulant multi ꝯtinent aures ſuas ⁊ dicunt. Durus eſt hic ſermo. Non ſic impij non ſic. tunc intonet durus ſermo. verbū aſperum cum ꝓnunciatū fuerit Ite maledicti in ignem eternū. Quid ergo dicēt in die illa terribili miſeri peccatores ꝑpetue ꝯdemnati. cum viderint ſanctos ad re gnū vocari. atqꝫ ſemetipōs ad mortis ſupplicia eternalit̃ deſtina ri. Certe ſicut dr̄ Sapie v. Gementes pre anguſtia ſpūs dicent intra ſe pn̄iam agentes. Hi ſunt quos aliqn̄ habuimꝰ in deriſum ⁊ in ſilitudinē improperij. Nos inſenſati vitā illoꝝ eſtimauimꝰ inſaniam. ⁊ finem illorum ſine honore. Qūo ergo deputati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt. Nos errauimus a via v̄itatꝫ ⁊ lumen iuſticie nō illuxit nobis. ⁊ ſol intelligētie nō eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatꝫ ⁊ perditōnis. ⁊ ambulauimus vias difficiles. viam autē domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia. aut q̇ diuiciaruum iactantia con‑ tulit nobis. Tranſierunt omnia illa tanq̄m nauis que pertran‑ ſit fluctuantem aquam. cuius cum preterit nō eſt veſtigiuz inue nire. Certe hec cōfeſſio ⁊ pn̄ia tunc erit nimis tarda. Penitebūt q̇dem ad penam. ſed nō conuertent̃ ad veniam. Nam tunc non erit amplius locus miſericordie ⁊ venie. ſed equitatis ⁊ iuſticie. cū ꝓnūciat̃ a tremēdo iudice. Ite ⁊ venite. O q̄ntū hec ſn̄ia ē ab om̄ibꝰ metuēda. ¶ Un̄ legit̃ ꝙ q̇dam ſanctus cū ſpūs fornicatō nis ipm̄ grauiter temptaret exorauit dominū. vt temptator ei vi ſibiliter appareret. qđ ⁊ factū eſt. Tunc ſctūs ille ait. Quid tibi ꝓdeſt ꝙ me ſic temptas. eſt enim ſumma fatuitas. Noſti nanqꝫ ꝙ cū aliquem in peccatum precipitas. peccatum tuuz aggrauas ⁊ ex conſequenti ſic penam tuam augmentas. Reſpōdēs demon

ait. Scio inquit verum eſſe quod loqueris. ſcio enim ꝙ quanto
plures peccare fecero tanto diem iudicij amplius retardabo. Il-
lam autem diem ſuper omnia reformido. in qua duram illam ſen
tentiam me auditurum expecto. Ite maledicti in ignem eternū
qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Et vt fulminationem illi
us ſententie ſaltē ad tempus valeam retardare. ideo nitor homi-
nes tam grauiter temptare. O deus eterne quātum tūc demones
et miſeri peccatores timebūt et a voce tonitrui tui formidabunt
Et ergo ſi volueris hanc vocem nō timere. ⁊ in illa die magna et
horribili ſecurus eſſe. ſemina nūc opera pietatis. iuſticie ⁊ miſeri-
cordie. O q̄ꝫ felix fuerit ⁊ multum beatꝰ. qui nūc intelligit ſuper
egenum ⁊ pauperem. in illa die liberabit eum dominꝰ. Vn̄ Pro
uerbiorum. xi. Benfacit anime ſue vir miſericors. facit etiam di
gnos fructus. Nam qui nūc ſeminānt in lachrymis ⁊ dolore tūc
venientes veniēt. portantes manipulos ſuos cum magna exulta
tione. Sed multi nūc ſeminant ſpinas ⁊ zizania. putātes ſe tūc
triticum meſſuros. non ſic impij nō ſic. Que em̄ ſeminauerit ho
mo. hec ⁊ metet. dicit apoſtolꝰ ad Galatas. vi. Et ergo dt domi
nꝰ Oſee decimo. Araſtis impietatem. iniq̄tatem meſſuiſtis Vn̄
qui ſeminauerit pctm̄ ⁊ actus nequicie metet gehēnalem penam
Qui vero ꝟtutes ⁊ opa pn̄e. colliget gloriam ſempiternā. nam
qui bona egerūt ibūt in vitā eternā. q̄ ꝟo mala i ignē et'nū. Opa
em̄ illoꝝ ſequūtur illos Apocal'. xiiij. nā opa tūc ſaluabūt. ⁊ opa
cōdemnabūt. Hinc ē qd dr ioh. v. Veniet hora in q̄ oēs q̄ in mo
numētis ſunt. audiēt vocē dn̄i. ⁊ pcedēt q̄ bona fecerūt i reſurre
ctionē vite. q̄ ꝟo mala i reſurrectionē iudicij. Vn̄ apoca. ij. dt iu
dex affuturꝰ Ego ſum ſcrutās renes ⁊ dabo vnicuiqꝫ ſm opa ſua
Nā vt dr abdie pmo. Sicut feciſti fiet tibi. Et ergo ſcribit hiē
mie. l. ca. Et ſunt ꝟba iudicis ad angelos malos de pctōre ꝯdem
nato ſic dicentis. Reddite ei ſcd̄m opꝰ ſuum. iuxta oia q̄ fecit fa
cite illi. Et ergo ſi volueris ante xp̄m autumnū bonum habere et
multis fructibꝰ abundare. ſemina nūc largiter in hoc vere huius
preſentis vite. nam qui parce ſeminat parce ⁊ metet Et qui ſemi
nat in benedictionibꝰ. de benedictionibꝰ ⁊ metet. Vt habetur ſe-
cundo ad chorinthios decimo. Sic etiam qui ſeminat in maledi
ctionibꝰ ⁊ peccatis. de eiſdem metet. Nam vt dicit pverbio com
muni. Quod ſibi quiſquis ſerit preſentis tempore vite. Hoc ſi-
bi meſſis erit cum dicit ite venite. Terciū vero ppter qd ſentētia

Tertio ſn̄ia iudi
est terribilis ppt
ſegregatioēz Sāncā
a ſpiritib9 beatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

iudicis ē terribil' ⁊ deſolata ē omni dolore plena damnatoꝝ a deo et angel'. ⁊ ab oībꝰ ſanctis ſeparatio etna. cum ps ſiniſtra a demonibꝰ rapietur. In inſtāti em̄ ⁊ ſine mora illa horribili ſnīa ab ore xp̄i pmulgata erūt parati demōes crudeliſſimi. rapiētes aīas miſeroꝝ. ducētes eas velocit' ad ſuppliciū ſempiternū. Hoc etiā pater figuratiue. Heſter. vij. de miſtris aſſueri regis. qui erāt auidiſſimi ad ſuſpēdendū amon. Unde dr ibidem. necnō verbū de ore regis exibat ⁊ operuerūt faciem eiꝰ miſtri regis. Sic diaboli ſtatim in illo die erūt paratiſſimi ad recipiēdum ſtatim aīas pctōꝝ. Et hoc eſt qd dicit' in lamētationibꝰ Hiere. i. ca. Oēs pſecutores eꝰ apphenderūt eā. Uñ Chriſoſto. in li. de reparatiōe lapſi. Cogita ſeuos illos ⁊ horrēdos penaꝝ miſtros. q̊ pctōres pcipitāt ad ſupplicia ſempit'na. Itē Hugo de ſancto victore. Tortores horribiles qui nunq̄ȝ miſerent' erūt parati vt data ſnīa. te damnatū rapiant ad tormēta ſempiterna. Tūc miſerādꝰ miſer lamētādo dicet Suſceperūt me ſicut leo paratꝰ ad predā. ⁊ ſicut catulꝰ leonis habitās in abditis. O dolor ineffabil'. o pena indicibil' talis amariſſime pſecutiōis. Uñ bern̄. in meditationibꝰ ſuis ſic ait. Quiſputas meror erit. q̄s luctꝰ. que triſticia qn̄ ſeparabūtur mali a conſortio iuſtoꝝ et a viſiōe dei. ⁊ traditi ī ptātem demonū. ibūt cum illis ī ignem eternū. Ibiq̄ȝ erūt ſine fine ī luctu ⁊ gemitu Procul elōgati a beata patria paradiſi. ⁊ ī gehēna nunq̄ȝ lucē habituri iuxta quātitatem culpe penā ſuſtinētes. tunc illi miſeri pctōres de omni redemptiōe deſperātes vſq̄ȝ ī eternū nō videbūt lumē. nam introibūt in īferiora terre. tradent' in manꝰ gladij ptes vulpium erūt. hoc eſt ipſoꝝ demonum qui ſunt fraudulēti ⁊ nequiſſimi ad nocēdum oībꝰ. De hac ſeparatiōis pena ſic dicit Chriſoſtomꝰ in libro de reparatiōe lapſi. nōnulli imperitoꝝ putāt ſibi ſatis eſſe ⁊ optabile videri ſi tantūmodo careāt gehēna Ego autē multo grauiores q̄ȝ gehennam dico eſſe cruciatus. remoueri ⁊ abijci ab illa gl'ia. nec puto acerba eſſe gehēne ſupplicia. Ut ſunt illa. De q̊bus audi q̊d dicit beatꝰ petrꝰ Torquet' is qui arcet' a ꝯſpectu xp̄i hoc crede mihi penis oībꝰ grauius. Et hoc ſolū eſt qd ſupat ⁊ gehēnam. Uñ idem ſup illud Mathei. xvi. Excidet' ⁊ in ignē mittet' Intolerabil' res eſt gehēna ⁊ ſuppliciū horribile Tamē ſi mille quis gehēnas ponat. nil tale eſt duꝝ quale ab honore illiꝰ glorie ppelli ⁊ exoſum eſſe a chriſto. Nam ſcd̄m auguſtinū. Reprobi mallēt omne tormētum ſuſtinere q̄ȝ videre faciē iudicis irati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Uñ Johelis ſecũdo. A facie eius cõtremuit terra. moti ſunt ce/
li ⁊ ſtelle retraxerũt ſplẽdorem ſuũ. a facie eiꝰ trepidabũt populi.
Certe domine tũc peccatores infirmabũtur ⁊ peribũt a facie tua
Et hoc pre dolore nimio. cum eam viderint auerſam. ⁊ quo ad ip
ſos terribilit̃ cõmotam ⁊ crudeliſſime dicentem illud Hieremie.
xviij. Dorſum ⁊ nõ faciem oſtẽdam eis in die perditiõis eorum.
O qualis ſeparatio. O q̃ȝ grauis ⁊ amara tũc diuiſio cuiuſlibet
peccatoris a facie dñi taliter indignãtis. ⁊ horribiliter dicentis.
Amẽ dico vobis neſcio vos. Uñ quidã. Carorum triſtis diſceſſus
triſtior iſtis. Corpis ⁊ aĩe triſtiſſimꝰ a deitate. Chariſſimi ꝓpter
hec oĩa ſupradicta ⁊ quaſi infinita alia que breuitatis cauſa omit
tunt̃. expergiſcimini ⁊ leuate capita veſtra. ac omni timore ⁊ tre
more diem illum precauete. Nam ſicut dicit̃ Sophonie primo
Iuxta eſt dies dñi magnꝰ iuxta ⁊ velox nimis. Et ergo dr̃ Eſaie
xiij. Uigilate. qr̃ ꝓpe eſt dies dñi. vigilate itaqȝ quia neſcitis diẽ
neqȝ horam. vt ſcribitur Mathei xxv. Unde prima ad theſſalo.
vltimo Frẽs iſta diligẽter ſcitis quia dies dñi ſicut fur ita in no
cte veniet. Cum eñi dixerit pax ⁊ ſecuritas tũc repentinꝰ eis ſup
ueniet interitꝰ. ⁊ ſicut dolor in vtero habẽtis ⁊ nõ effugiẽt. Uos
autem frẽs iam nõ eſtis in tenebris. vt vos dies illa tanq̃ȝ fur cõ
prehẽdat. Uos eñi filij lucis eſtis ⁊ filij dei. Igit̃ non dormiamꝰ
ſicut ceteri. ſȝ vigilemꝰ ⁊ ſobrij ſimꝰ. Hec vbi ſupra. Itẽ luce. xxi
Attẽdite vobis ne forte grauent̃ corda veſtra ĩ crapula ⁊ ebrieta
te. ⁊ curis huiꝰ vite. ⁊ veniat ſup vos repẽtina dies illa tanq̃ȝ la/
queus enim ſuperueniet in omnes qui ſedẽt ſup faciem vniuerſe
terre. Uigilate itaqȝ fratres omni tempore orãtes vt digni habe
amini omnia iſta fugere que ventura ſunt. ⁊ ſtare ante filium ho
minis. Hec omnia ibidem. Nam in veritate ibi erit amor ⁊ tre/
mor ⁊ intolerabilis dolor. Unde Johelis ſecundo capitulo. Ma
gnus eſt dies domini ⁊ terribilis valde. quis ſuſtinebit eum. Et
Eſaie ſecundo ca. Et introibũt in ſpeluncas petrarum a facie for
midis domini ⁊ ĩ voragine terre. et a gloria maieſtatis eius cũ ſur/
rexerit percutere terram. Tunc enim in fremitu conculcabit ter/
ram ⁊ in furore obſtupefaciet gentes. Sicut ſcribitur Abacuck
tercio. Et ideo dicitur Eſaie decimo capi. Quid facietis in die vi
ſitationis ⁊ calamitatis de longe venientis. ad cuius fugietis au
xilium: Certe peccatori tunc nullum erit refugium. nullum ſola
men ſeu adiutorium. Unde Anſelmus in libro de ſimilitudini/

Hieremie xviij

Eſaie decimo

Peccatori in illa die nullũ erit refugium

bus. A dextris erũt peccata accuſantia. a ſiniſtris infinita demo
nia. Subt⁹ horridum cahos inferni. deſup̱ preſentia iudicis ira
ti. Foris mund⁹ ardens. intus cõſcientia vrens. vix iuſt⁹ ſaluabi
tur. Peccator autem ſic deprehẽſus quo fugiet. latere tũc erit im
poſſibile. ⁊ apparere intolerabile. Item eſt dicta ſententia eo ma
gis formidabilis ⁊ timẽda. quia nõ ſolum corp⁹ diiudicat. ſ; eti
am ipſam animam cõdemnat. Unde legitur in exemplo. Duo fra
tres quorum vnus erat fatuus ⁊ alter ſapiens. ibãt pariter eadẽ
via. Cum autem veniſſent ad biuium vbi erant due vie. vna dele
ctabilis ⁊ pulchra. reliqua vero inabilis ⁊ aſpera. Fatuus videns
viam delectabilem. dixit ſapiẽti. Eamus per hãc viam. Sapiẽs
reſpondit. Frater ⁊ ſi via iſta delectabilis eſt. tamẽ ad malum ho
ſpicium i fine deducit. Unde cõſulo p̱ aliam viam trãſeamus. nã
quãuis ipſa ſit aſpera ⁊ inabilis. tamẽ ducit finaliter ad hoſpici
um laudabile ⁊ pulchrũ nimis. magne honeſtatis ⁊ quietis. Re
ſpõdit fatuus frater. Magis volo oculis meis credere q̃ȝ tibi de
his que tu nõ vides. Et ſic ſe poſuit ille fatu⁹ in via delectabili et
amena. Quod ſapiẽs videns nolẽs eum relinquere ipſum ſeque
batur. Pergẽtes autem pariter inciderũt ſtatim in latrones. qui
eos ab inuicem ſeparãtes poſuerũt in carcerib⁹ diuerſis. Factum
eſt autem vt rex illius terre preciperet quadam die omnes incar
ceratos ad ſe adduci. vt ipſos iudicaret ad mortem. Uenientes
autem iſti duo fratres inter ceteros cum ſe mutuo viderẽt. ſapiẽs
ſic dixit regi. O domine mi rex ⁊ iudex. valde conqueror vobis de
iſto fratre meo. Nam cum eſſem⁹ pariter in via. ⁊ ipſe ſit fatuus
ego vero ſapiẽs ſum reputat⁹. Ipſe enim mihi nolebat credere vt
iuiſſem⁹ per quãdam bonam viam quam ſibi demonſtraui. ſed fe-
cit me ſecum ire per quãdam viam malam. vbi cecidim⁹ inter la
trones. vnde reus eſt mortis mee. Ad hec fatuus dixit. Domine
mi rex. Ego aduerſus fratrem meum maiorem habeo cauſam cõ
querẽdi. Nam cum ipſe ſapiẽs ſit non debuiſſet tam faciliter me
ſecut⁹ fuiſſe per viam quam ſciuit fore malam Quod ſi nõ feciſſ;
rediiſſem vtiq; ⁊ ſecutus eum fuiſſem. ⁊ preſens periculum nul-
latenus incurriſſem Unde vere reus eſt mortis mee. His verbis
ex vtraq; parte auditis. rex talem protulit ſententiam dicens.
Tu fatue noluiſti ſapienti credere. et tu ſapiens ſecutus es fa-
tuum. igitur vos ambo debetis morte condemnari.
¶ Sic ergo erit fratres chariſſimi in die iudicij. et in conſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

matione ſeculi cum exibūt anime de latibulis ſuis. ⁊ copora de ſe
pulchris ſuis. ad recipiendum iudicium de commiſſis omnibus
operibus ſuis ⁊ omiſſis. Nam corpus fatuum quia noluit ſequi
conſilium anime ſapientis. ⁊ ſpūs ſapiens. quia ſecutus eſt corpꝰ
fatuum. Igitur cōdemnabūtur ambo in iudicio extremo. Et hac
de cauſa ſententia iudicis dicitur gladius ex vtraqꝫ parte acutus
Ut habetur Apocalip. primo. Nam percutiet tam quo ad cor
pus q̄ꝫ quo ad animam miſerum peccatorem. Unde Mathei de
cimo. Illum timete qui poteſt corpus ⁊ animam perdere in gehē
nam. Item dictam ſententiam reddit multum formidabilem et
timendam qualitas ipſius iudicis. Eſt enim ferenda a iudice cir
cumſpecto immo prudentiſſimo qui non poterit falli. Nam om
nia ſibi cognita ſunt ⁊ nota. Ipſe enim nouit abſcondita cordis
ſcrutans corda ⁊ renes deus. Unde ad Hebreos quarto. Omnia
nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius. Deus enim intuetur cor. vt habe
tur primi Regum decimoſexto. Unde eccleſiaſ. viceſimotercio.
Oculi domini multo plus lucidiores ſunt ſole. circumſpiciētes
omnes vias hominum. ⁊ profundum abiſſi ⁊ hominum corda in
tuentes in abſconditas partes. Et ergo vt dicit Boetius. Ma-
gna nobis indicta eſt bene faciendi neceſſitas. cum agamus om-
nia an̄ oculos iudicis cūcta cernentis. Itē hiēmie triceſimoſecū
do. Oculi tui aperti ſūt ſuper omnes vias filiorum adam. ⁊ red
das vnicuiqꝫ ſcd̄m fructum adinuētionum eius. Iſte eſt iudex
valde metuendus cui perſpicabile omne ſolidum ⁊ opertum om
ne ſecretum. cui obſcura clarent. muta reſpondent. mens ſine vo
ce loquitur ⁊ ſilentium confitetur. Hec etiam ſententia ferenda
eſt a iudice nouiſſimo. qui non poterit flecti. nam iudicabit orbez
terrarum in iuſticia et populos in equitate. nullius etiam vere-
tur potentiā. nec alicuius accipit perſonam. nec aliqua munere
tunc placatur. Unde Deutronomij decimo capitulo. Deus ma
gnus potens ⁊ terribilis qui perſonam non accipit nec munera.
Certe tunc plus valebit pura conſcientia q̄ꝫ marſubia plena Tūc
diuitibus nihil proderit diuitiarum copia. ſed ſolū pietatis ⁊ iu-
ſticie proſunt opera. Unde Ezechie. vij. Argentū eorum foras
eycietnr. ⁊ aurum eorum in ſterquilinium erit. Argentum ⁊ au
rum non valebit liberare in die furoris domini. Tunc apparebit
dolus ſeculi falſitas mundi. ac vilitas ⁊ indignitas omnium di-
uitiarum O q̄ꝫ dulce. q̄ꝫ iocūdum erit tunc odiſſe mundum. ⁊ q̄ꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

triſte. q̄ȝ amarȝ habuiſſe mūdum carum. Hec ſentētia ferēda ē a iudice q̄ precib⁹ non corrumpit̄ neqȝ mitigat̄. Prouer. vi. Non acquieſcet cuiuſqȝ precib⁹. Et ideo vt dt̄ Chriſoſ. Ibi angeli pro homib⁹ non intercedēt. Quia iuſt⁹ iudex tūc non faciet miſcdiaȝ ſed reddet vnicuiqȝ ſcd̄m merita vel demerita. equam ꝛ inflexibilem iuſticiam. Unde Ezechiel̄. vij. Scd̄m viam eoꝝ faciam eis et ſcd̄m opera eoꝝ iudicabo eos. ꝛ ſcient qꝛ ego domin⁹. Et ergo Job. ix. expaueſcēs dicebat. Uerebar omnia opa mea ſciēs qꝛ nō parcis delinquēti. De his omnib⁹ ait Bernard⁹ in proſa. Juſte q̄dem iudicabit nec pſonā acceptabit prece nec corrumpet̄. ſic nec precib⁹ flectet̄. Et igit̄ labora diligēter illuc deferre iuſticiam. vbi miſericordiam nō poteris inuenire. Nam vt ſcribit̄ Prouer. xi. Non proderūt diuitie in die vltionis. ſed iuſticia liberabit tunc a morte. Chariſſime ſi ſcholares lcōnes ſuas neſciētes valde timēt de examine magiſtri. quia forſitan acriter corrigētur. Quantum habēt tunc timere miſeri peccatores de extrema auditione ſummi magiſtri ꝛ iudicis. qui nō ſtuduerūt in libro iuſticie ꝛ veritatis. Certe in hoc examine que nūc malignātur exterminabūtur. Iniuſti em̄ punietur ꝛ ſemen impioꝝ peribit. Ecōtra vero tunc in memoria eterna erunt iuſti. ꝛ ab auditiōe mala non timebūt. Et ideo dꝛ Eccl. viij. Ante iudicium para tibi iuſticiam. Hec ſentētia etiam feretur a iudice crudeli ꝛ cōmoto qui nō poterit placari Nam domin⁹ qui nunc naturaliter māſuetus eſt vt agnus. tūc apparebit quaſi leo rugiēs crudelis ꝛ cōmotus. Unde Oſee. xiij et poſſunt eſſe verba domini de auaris. guloſis. ꝛ ſuperbis in die iudicij ſic dicentis. Juxta deſideria ſua adimpleti ſunt ꝛ ſaturati et eleuauerūt coꝛ ſuū ꝛ obliti ſunt mei. Et ero eis quaſi leena ꝛ ſicut pardus in via aſſirioꝝ. occurram eis quaſi vrſa raptis catul̄. et diſrumpam interiora iecuris eorum ꝛ cōſumam eos quaſi leo. Quid em̄ crudelius iſtis beſtijs poterit inueniri. Item dt̄ dominus ad impium cōdemnādum. illud Ezechie. vij. Finis venit ſuper te ꝛ emittam furorem meum ī te. ꝛ iudicabo te iuxta vias tuas ꝛ ponam cōtra te omnes abhominatiōes tuas. Et non parcet oculus me⁹ ſuper te ꝛ abhominatiōes tue in medio tui erunt. Et ſcitis quia ego domin⁹. venit temp⁹ prope eſt dies occiſiōis. nūc de ꝓpinquo effundam iram meam ſup te effundā furorem meuȝ in te. Certe dn̄e ſicut ignis cōburit ſiluam ꝛ ſicut flamma cōburēs montes. Ita tūc perſequeris illos in tempeſtate tua ꝛ in ira

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

tua turbabis eos. Tūc em̄ exardeſcet ſicut ignis ira tua. ⁊ in furo
re obſtupefacies gētes. De quo dicit Eſa. xxx. Ecce nomē domi-
ni de lōginquo veniet ardēs furor eius ⁊ grauis ad portādum la
bia eiꝰ repleta ſunt īdignatiōe ⁊ lingua eiꝰ quaſi ignis deuorās et
ſpūs eiꝰ quaſi torrēs inundās vſqꝫ ad mediū colli. ad ꝑdēdas gē
tes ad nihilū. Hūc furorem ꝓuidit iob in ſpū cū dixit. Quis mi
hi tribuat vt ī inferno ꝓtegas me ⁊ abſcōdas me donec ꝑtrāſeat
furor tuꝰ. Vere tāta erit tunc ſeueritas iudicis. ꝙ nec verbis pote
rit exꝓmi. nec mēte cogitari. Omnia em̄ iudicia ab inicio mūdi
ſuꝑ humanū genꝰ habita ſunt tanqꝫ ſtille ⁊ ſcintille reſpectu fu-
roris dñi. quem ī hoc iudicio exercebit. Ecce qꝫ diſtrictus veniet
ad iudiciū. qui mitis reſurrexit ⁊ ad celum aſcēdit. Vñ gregoriꝰ
in omelia ſuꝑ illud Joh. xx. Thomas vnꝰ ex duodecim q dicit di
dimꝰ ſic ait. Frēs vitā veſtram moreſqꝫ cōponite. ⁊ is qui mitis
reſurrexit a mortuis. qꝫ ſtrictꝰ in iudicio veniet ꝓuidete. Certe in
die tremēdi examinis ſui cum angelis ⁊ archāgelis. cū thronis ⁊
dñiationibꝰ. cum ꝓncipatibꝰ ⁊ ꝑtātibꝰ apparebit. celis ⁊ terris
ardentibꝰ. cunctiſqꝫ elemētis ī obſequij ſui terrore cōmotis Hūc
ergo tāti pauoris iudicem añ oculos veſtros ponite. hūc venturū
timete vt hūc venturꝝ nō timidi ſꝫ ſecuri videatis. Timēdus eſt
ergo modo. ne tūc timeat. Terror eiꝰ ad vſum bone actionis nos
exerceat. metꝰ illius vitā nrām a prauitatibꝰ cōpeſcat Certe ſi ali
quis veſtꝝ cū ſuo aduerſario cām dicturꝰ in iudicio die craſtina.
eſſet exhibendꝰ totam fortaſſe noctē inſomnem ducēt q̊d ſibi dici
poſſet. q̊d obiectionibꝰ reſpōderet ſecū ſollicita ⁊ eſtimāti mēte ver-
ſaret. vt iudicē inueniret aſpeꝝ vehemēter metuēt ⁊ noxius appa
rēt formidaret. Et quis ego. aut q̊d ego? Nimiꝝ non longe futu
rꝰ poſt hominem vermis. poſt vermē puluis. Si ergo tāta cura
pertimeſcit iudiciū pulueris qua intētione cogitādum ē. qua for
midine ꝓuidendū eſt iudiciū tāte maieſtatis. Hec oīa idem vbi ſu
pra. Sūt ⁊ q̊dā alia ꝓdictam ſentētiam grauātia. Primū videlꝫ
qr ibi nō eſt ꝑtās reſiſtēdi. Sapiētie. vi. Virtuti brachij tui q̊s
reſiſtet? Et yſa. xiiij. Quis reſiſtet iudicio tuo. Vere nullꝰ poteſt
reſiſtere. ſed omnes generaliter oportet comparere. ac ſentētiam
ſummi iudicis ſiue velint ſiue nolint coram angelis exſpectare.
Ipſe em̄ loquitur ꝑ eſaiam. xlvij. ad peccatorem cōdemnandum
in hec verba Reuelabitur ignaminia tua. ⁊ videbit obꝓbrium
tuū. Ultionem capiam ⁊ non reſiſtet mihi homo. Unde iob. ix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Deus cuiꝰ ire reſiſtē nemo pt̄. Nam ſi fortitudo q̄rit̄ robuſtꝰ eſt.
Unde Heſter. xiij. Dn̄e deꝰ rex omnipotēs ī dcōne tua cūcta ſunt
poſita ⁊ nō eſt q̄ poſſit reſiſtē volūtati tue. Tu em̄ feciſti celum ⁊
terram. ⁊ quicq̄d celi ambitu cōtinet̄ dominꝰ omnium tu es. nec
eſt q̄ reſiſtat maieſtati tue. Jſte eſt magnꝰ dominꝰ. ⁊ fortis ⁊ po/
tēs. cuiꝰ magnitudis ⁊ potētie nō eſt numerꝰ neq̄ȝ finis. Nullū
etiam quātumcūqȝ magnum ip̄e timebit. Sap̄. vi. non videbit
dominꝰ magnitudiem cuiuſquā. qm̄ puſillum ⁊ magnum ip̄e fe/
cit. Omnes em̄ ſubiecti erūt pedibꝰ cuius ⁊ timebunt ip̄m in die
illa vehemēter. Nam ſicut dr̄ Ezechi. vij. Jn die iudicij ⁊ furo/
ris dn̄i rex lugebit. ⁊ p̄nceps induetur merore. Jtem Apoca. vi.
Reges terre ⁊ p̄ncipes ⁊ tribuni ⁊ iudices diuites ⁊ fortes ⁊ om
nis ſeruꝰ ⁊ liber abſcōdent ſe ī ſpelūcis ⁊ in petris mōtium. Et di
cēt montibꝰ Cadite ſup̄ nos ⁊ abſcōdite nos a facie ſedētis ſuper
thronū. ⁊ ab ira agni. qm̄ venit dies magnꝰ ire. Et ibidem. xviij.
Flebūt ⁊ plangāt reges terre q̄ in babilone fornicati ſunt. ⁊ ī deli
cijs vixerūt cum viderit fumū incēdij eiꝰ. longe ſtātes p̄pt̄ timo/
rem tormētoꝝ. Certe tūc erit tribulatio magna q̄lis non fuit ab
inicio mūdi. vſqȝ modo. Ut dr̄ Math. xiiij. Secūdum eſt ꝙ di
ctam ſentētiam aggrauat qꝛ nō eſt ibi locꝰ pctōribꝰ ſe abſcōdendi
ſeu occultādi. Nam vt dt̄ beatꝰ anſelmꝰ. Latere tūc erit īpoſſibi
le. ⁊ apparē intolerabile Un̄ iob. xxxiiij. Nō ſunt tenebre. ⁊ non
eſt vmbra mortis ibi vt abſcōdant̄ qui operātur iniq̄tatem. Jtē
Bernardꝰ in ſermōe. Nudi ſtabūt ante tribunal xp̄i. vt audiant
vocem iudicij q̄ obturauerūt aures ſuas ad vocem ꝯſilij. Ut ſu/
periꝰ allegatum eſt. Chariſſime hūc diem time. hūc dn̄m ⁊ iudicē
omnia iudicaturꝝ cordialit̄ expaueſce. vt eo diligentiꝰ poſſis pctā
deuitare. Nam vt dr̄ ecci. p̄mo. Timor dm̄ expellit peccatū. Et
alibi. Jn timore dn̄i omnis hō declinat a malo. Terciū eſt qd̄ di
ctam ſentētiam aggrauat. qꝛ nō eſt ibi locꝰ ad alium appellandi.
nec ſpacium appellandi. Un̄ pſal. Quo ibo a ſpū tuo. ⁊ quo a fa
cie tua fugiam. Si aſcēdero in celum tu illic es. ſi deſcēdero ad in
fernum ades. Unde dt̄ dominꝰ de pctōre Amos. ix. fugiēt ⁊ non
ſaluabit̄ ex eis q̄ fugerit ſi deſcēderint vſqȝ ad infernū inde manus
mea educet eos. Et ſi aſcēderint vſqȝ ad celū inde trahā eos. ⁊ ab
ſcōditi fuerīt in vertice carmeli inde ſcrutās auferam eos Et ſi ce
lauerīt ſe ab oculis meis ī fundo maris. ibi mādabo ſerpēti ⁊ mor
debit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

mandabo gladio ⁊ occidet eos. ⁊ ponã oculos meos ſuꝑ eos in bo
no ⁊ in malo. Et ergo Job. x. dñs oĩa iudicaturꝰ ſic dı̄t. Nõ eſt q̃
de manu mea poſſit eruere. Certa ſunt plane video vbiqꝫ nos iue-
niet manꝰ omnipotẽtis. Vñ autor de curru aĩe. Quid facies di-
ues nuſquã tutus bene viues. Quo te cõuertes q̃ curſum ꝑdite ꝑ
tes. Quo vertes curſum nõ tutus es hic neqꝫ ſurſum. Si miſer
aſcẽdis celos vel ad infera tẽdis. Imperat ĩ celis ferꝰ eſt vel adin
fera telis. Si mare querat̃ rex iſte mari dominat̃. Nuſquã tutꝰ
eris ſꝫ vbiqꝫ repertꝰ haberis Vere vere ita nullibi patebit fuga vl̕
in morte nec in vita O q̃ꝫ bene aduertebat hoc beatꝰ Eleaſarꝰ qui
ſic inquiens dicebat. Manꝰ omnipotẽtis neqꝫ viuus neqꝫ defun
ctus effugiã. vt habet̃. ij. Machabeoꝝ. vi. Ex dictis igit̃ pꝫ mul
tiplicit̃ ꝙ finale iudiciũ erit omnibꝰ metuendũ. ⁊ hoc ꝓpter accu
ſationẽ plurimoꝝ ibi ſuſtinẽdam. Et ꝓpter rõem vniuerſoꝝ ge-
neralit̃ reddẽdam. Et ꝓpter diffinitiuã ſniam tũc a iuſto iudice
horribilit̃ ꝓferẽdam. Huiꝰ ergo memoria preſeruat non immeri
to quemlibet a peccatis.

¶ Sequũtur exempla de Secũdo nouiſſimoꝝ.
¶ De extremo iudicio

¶ Legit̃ in libro de ortu carthuſienſiũ ꝙ q̊dã doctor ꝑcipuꝰ. ⁊ vi
ta vt videbat̃ ⁊ fama doctrĩa ⁊ ſapia int̃ oẽs doctores pariſiẽſes ex
cellent̃ honoratꝰ ⁊ mirabilit̃ gratioſus ğui ⁊ vltia ĩfirmitate ꝑuẽ
tꝰ nõ diu decũbens diẽ clauſit extremũ. Cũqꝫ tota die illa q̃ defun
ctꝰ eſt more pariſiẽſi ĩ aula funẽ in feretro decũbente fuiſſẽt cãtata
officia defũctoꝝ. in craſtino mane ꝯgregata ibidẽ vniuerſitate pa
riſiẽſi tã ſcholariũ q̃ꝫ doctoꝝ vt tã honorabili viro ſolẽnis ⁊ vene
rabil̕ ꝑberet̃ funeralis officij ſepultura. Cũ igit̃ reuerẽdi viri fere
tꝝ in q̊ funꝰ iacebat eleuare vellẽt ad ecc̃iam deferendũ ſubito cun
ctis ſtupẽtibꝰ qui mortuꝰ videbat̃ ⁊ erat eleuato capite reſedit ĩ fe
retro ac oĩbꝰ audiẽtibꝰ alta ⁊ terribili voce clamauit. Juſto dei iu
dicio accuſatꝰ ſum. Et h̊ dicto caput depoſuit ⁊ decubuit mortuꝰ
ſicut ꝑ̇us. Qua voce cũcti attoniti ⁊ territi deliberanerũt ipm̃ il-
lo die nullo mõ fore ſepeliendũ ſꝫ vſqꝫ ad craſtinũ reſeruãdum.
Mane ergo ſequẽti cũ multitudo mağ ꝯueniſſꝫ. dictũqꝫ funꝰ ſi-

cut ꝑus vellēt ad eccłiam deportare. defunctus ſicut ꝑus eleuato
capite doloroſa ⁊ t̃ribili voce intonuit. Juſto dei iudicio iudicatꝰ
ſum. Quā vocē mł'titudo audiēs ⁊ intelligēs ſtupuit plus q̄ꝫ ꝑ-
us Et cū alt̃utrū int̃rogaſſent q̇d ſibi vellēt tā inſoliti ⁊ inexꝑti
defuncti clamores. adhuc det̃minauerūt ipm̄ niſi in alio craſtino
nullatenꝰ tumulādū. Tercia vero die cū ꝓpt̃ iſta ꝓdigia fere tota
ciuitas ꝯueniſſꝫ. ⁊ funꝰ cūctꝫ ꝑꝑatꝫ ad tumulū vellent deportare
defūctꝰ ſicut ꝑus iā t̃cio altiſſima ⁊ meſtiſſima voce ꝓſonuit. Ju-
ſto dei iudicio ꝯdemnatꝰ ſum. Qua horribili ſniā audita q̄ſi oēs
imēſo fuerūt timore ⁊ tremore ꝑculſi certi facti de ꝯdēnatōe tāti
viri qui int̃ alios videbat̃ honeſtate vite claritate fame dignitatꝫ
excellētia ⁊ mł'tiplici ſciā ⁊ ſapiā ꝑfulgē. Ea tēpeſtate erat ibi ma
giſter Bruno doctor famoſus. natione teutonicꝰ de Colonia nō
obſcurꝫ parētibꝰ natꝰ. eccłie etiā remēſis canonicꝰ ⁊ ibidē ſchola
riū magr̄ qui ſupradictis vocibꝰ ſalubrit̃ territꝰ atqꝫ ꝯpūctꝰ allo
cutꝰ ē q̄ſdā ſocios ſuos ibi pn̄tes. infraſcꝓtꝫ vel ſil'ibꝰ v̾bis. dicēs
Eya chariſſimi quid faciemꝰ. Om̄es ſil' perimꝰ. nō ſaluabimur
niſi q̇ fugerit. Si ī viridi hoc ſit in arido q̇d fiet. Si hō tāte di-
gnitatꝫ tāte litterature tāte ſcie. q̇ videbat̃ tā honeſte vite. q̇ erat
tā celebris fame. ſic indubitāter ē dānatꝰ. q̇d nos miſeri homū-
culi faciemꝰ. Si lugubri voce vniꝰ homuncionis tā horribili ac
ſtupēdo timore ac tremore ꝯcuſſi ac ſtupefacti ſumꝰ q̇d faciemus
cū rugitꝰ leonis cū extremi iudicij tuba ī aures nr̄as ꝑcrepuerit
cū oēs audierimꝰ. Surgite mortui venite ad iudiciū. Quō ī ta
li horribili iudicio vbi colūne celi ꝯtremiſcēt. ⁊ angeli t̃rebunt̃.
⁊ t̃riti cogēt̃ apparē. Ubi tūc latebimꝰ. Jmpoſſibile erit latē in-
tolerabile apparē. Fugiamꝰ igit̃ a facie gladij ꝓoccupemꝰ faciem
dn̄i in ꝯfeſſiōe. Uēite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamꝰ an̄ deū ploremꝰ coram
dn̄o q̇ fecit nos. Poſtq̄ꝫ igit̃ vocē eiꝰ audiuimꝰ nō obduremꝰ cor-
da nr̄a. ſꝫ exeamꝰ de medio babylonis egrediamur pentapolim ig
ne ⁊ ſulphure iā ſuccēſam. ⁊ exēplo btī pauli hēmite. ⁊ btī antho
nij arſenij euagrij ⁊ alioꝝ ſctōꝝ cū btō ioāne baptiſta antra deſ̃ti
q̄ramꝰ ī mōtibꝰ nos ſaluos faciamꝰ vt et̃ni iudicꝫ irā ⁊ ſniam dā
natōis et̃ne euadamꝰ ⁊ ꝑuēire poſſimꝰ ad portū ⁊ trāq̇llitatē ſalu
tis et̃ne Hīs ⁊ ſilibꝰ v̾bis ⁊ ſentētijs ſeipm̄ ⁊ q̄ſdā ſocios alloq̄ns
⁊ exhortās. Deliberauerūt ipe ⁊ ſex alij viri ꝓbi ſecuꝫ abrenūciare
mūdo ⁊ oibꝰ pōpis eiꝰ ⁊ ad ꝑfectā pniam ꝑagēdā heremi deſ̃ta cō
petētia q̄rē. ⁊ ibidē relictꝫ oibꝰ delicijs. diuitijs. ⁊ honoribꝰ hꝰ mū

di. accipe ſinguli cruces ſuas ⁊ nudū xp̄m nudi ꝑ arctā viā ſeq̄. et
latā ac ſpacioſam deſerē q̄ amatores ⁊ ſectatores mūdi ꝑducit ad
ſupplicia dānatoꝝ. Et q2 audierāt famā ſc̄itatis ſc̄ti Hugonis
ep̄i gratianopolitani q̄ ꝑus aliq̄ tp̄e eiuſdem mgr̄i Brunonis in
ſcholis ſoci⁹ credit̄ extitiſſe ſpūſancto inſpirāte ſimul ad ſanctuꝫ
ep̄m memoratū accedere decreuerunt. ⁊ eiuſdē ꝯciliū ⁊ auxilium
inq̄rere. vt in ei⁹ dioceſi quā audierant multis deſertis mōtibus
abundare locū cōgruū obtinerēt in q̄ ſuū ſc̄tm̄ ac ſalubre ꝓpoſi/
tum poſſet effectū mancipare. Septem igit̄ ſancti viri infraſcp̄/
ti prefata de cauſa ad predictū ſanctū ep̄m duce ſancto ſpiritu ꝑ/
uenerūt. Et vt vtar om̄ino verbis ſcriptis in legenda vite ſancti
Hugonis epiſcopi memorati per ſummū pontificem Innocen/
tium qui eum canonizauit approbata ⁊ confirmata adeſt magi/
ſter Bruno vir religioſus ſcientiaq̄ꝫ famoſiſſimus honeſtatis et
grauitatis ac totius maturitatis quaſi quoddam ſimulachrum
Habebat autem ſocios magiſtrum Landuinum qui poſt euꝫ ex
titit prior carthuſie. ⁊ duos ſtephanos hij ſancti rufi canonici fu
erunt. ſed deſiderio vite ſolitarie eis ſeſe coniunxerunt. hugonem
quoq̄ꝫ quem cognominabant capellanum eo q̄ ſolus ex ip̄is ſacer
dotis officio fungeretur duos quoq̄ꝫ laicos quos appellam⁹ con/
uerſos andream ⁊ garinū. Querebant autem locum heremitice
vite congruū necdumq̄ꝫ repperant. hac igitur ſpe ſimul ⁊ ſue ſan
cte conuerſationis odore trahente venerunt. Quos epiſcop⁹ non
ſolum gratanter. ſed ⁊ reuerenter ſuſcepit ⁊ tractauit ⁊ voti com
potes fecit. Ipſo nāq̄ꝫ conſulente iuuante ⁊ communicante car/
thuſie ſolitudinem intrauerunt atq̄ꝫ extruxerunt. Anno domi.
Milleſimo octogeſimoquarto. epiſcopatus vero dicti ſancti hu
gonis quarto. viderat autē prefatus ſanctus epiſcopus circa idē
tempus per ſomniū in eadem ſolitudine deū ſue dignationi habi/
taculum conſtruentem ſeptem etiam ſtellas itineris ſibi ducatuꝫ
preſtantes erāt ẜo hij ſeptē Quapropt̄ nō iſtoꝝ tm̄. ſꝫ ⁊ q̄ ſucceſ
ſerunt eis ꝯſilia libent̄ amplexus ē. ⁊ vſq̄ꝫ ad mortē carthuſie ha
bitatores ꝯſilijs ſemꝑ ⁊ bn̄ficijs fouit. licet ẜo ⁊ ꝑmitus diuini
amoris tot⁹ ardēt incēdijs nō alit̄ tn̄ ad diſcipline celeſtis exerci
tia eoꝝ exemplis ac familiaritate inferbuit q̄ꝫ ſi flāmanti q̄s faci
plures alias circūponat ardētes. Erat aūt ⁊ cū eis non vt domi
nus aut epiſcop⁹. ſed vt ſ̄uus ⁊ frater humilimus. ⁊ ad cūctorū
quantum in ipſo erat obſequia paratiſſimus. Adeo vt vir ve/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

nerabilꝰ wilhelmꝰ tūc prior ſcī laurētij poſtea ſcī theofridi abbas
mgr̄o brunoni etiā ipſe religioſa deuotōe nō mediocrit̄ alligatus
btī hugonis ꝯtubernalꝭ (bini quippe tūc ꝑ ſingulas habitabāt cel
las) apꝺ mgr̄m brunonē nō leuit̄ ꝯqret̄ ꝙ pene oīa ad hūilitatē
ſpectātia itra cellulā ſibi tāqꝫ pr̄i paret officia ⁊ eps nō ſaltē ſecū
vt ſociꝰ ſed potiꝰ cōuerſaret̄ vt famulꝰ Jntantū aūt heremū deuo-
tꝰ incolebat ⁊ ſedulꝰ vt eū mgr̄ bruno nōnunqꝫ exire cōpelleret di
cēs. Jte ad oues veſtras eiſqꝫ qꝺ debetis exſoluite.

¶ Aliud

¶ Refert doctor iacobꝰ carthuſieñ i libro de pctis mētalibꝰ ⁊ cri
minalibꝰ Duo frēs religioſi honeſte ꝯuerſatiōis ſe mutuo cordia
lit̄ dilexerūt int̄ quos vnꝰ mortuꝰ alteri apparuit i orōe ꝓcūbēti
Quē viuꝰ vidēs i vili habitu ⁊ vultu meſto inq̄ſiuit cur ſic appa
rēt. Rn̄dit defunctꝰ tribus vicibꝰ dicēs. Nemo credit. nemo cre
dit. nemo credit. Queſiuit viuꝰ quid eſſet qꝺ nemo credit Reſpō
dit defunctꝰ q̄ꝫ diſtricte iudicat deꝰ ⁊ q̄ꝫ ſeuere punit. His dictis
diſparuit ⁊ viuentē frēm magno timore cōcuſſum dereliq̄t

¶ Aliud

¶ Quidā rex fuit magnꝰ ⁊ glorioſus ⁊ factū eſt ꝓcedente illo in
curru deaurato cū regali obſeq̄o obuiaſſe illi duos viros attritis ⁊
ſordidis indutos veſtibꝰ attenuatas macie ⁊ pallidas facies habē
tes. vt ego rex vidit illos deſiliēs cōfeſtim de curru ⁊ i t̄rā ꝓcidēs
adorauit ⁊ ſurgēs amplexꝰ eſt eos affectuoſe oſculās Magnates
ꝓo illiꝰ ac ꝓceres de hoc idig̃ti ſunt arbitrātes eū feciſſe idigna re
gali gl'a nō tn̄ auſi in faciē illū rephendē germano fr̄i eiꝰ ſuggeſſe
rūt vt ei loq̄ret̄ ne tāte excellētie diademati tantā inferat ꝯtume-
liā. Qui cū fr̄i iſta dicēt ⁊ eiꝰ humiliationē rephendēt ei rex reſpō
ſum dedit qꝺ tn̄ ille nō intellexit. Cōſuetudo aūt erat illi regi qn̄
ſn̄iam mortis ꝯtra aliquē dictabat p̄conē ſuū an̄ ianuā illiꝰ cū tu
ba huic officio deputata mittē. Cuiꝰ voce oēs ꝯgnoſcebāt mortis
reū eſſe Veſpe igit̄ veniēte miſit rex bucinā mortis tubicinare an̄
ianuā fr̄is ſui. Quā cū audiſſꝫ ille de ſalute deſperans tota nocte
ſua diſpoſuit ac ſummo diluculo nigris ⁊ lugubribꝰ indutꝰ veſti
bꝰ cū vxore ⁊ filijs ꝑgit ad fores palacij flēs ⁊ lugēs. Quē rex ad
ſe igredi fecit ⁊ vidēs eū lugentē ait. O ſtulte ⁊ inſipiēs ſi tu ſic
timuiſti p̄conē germani fr̄is tui aduerſus quē te nihil deliquiſſe
cognoſcis. quō mihi rephēſionē intuliſti q2 i hūilitate ſalutaui et
oſculatꝰ ſum p̄cones dei mei ſonorabiliꝰ tuba mortē mihi ſignifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

cantes ⁊ terribilē dn̄i occurſum cui mlta ⁊ magna meip̄m pccaſ
ſe ꝯſciꝰ ſum. Ecce deniq; tuā arguēs inſipiētiā iſto vſus ſum mō
Nūc vo ⁊ illoꝝ q̄ te miſerūt ad mei rep̄hēſionē ſtulticiā arguere
curabo ⁊ ita frēm inſtructū remiſit domū p̄cepit āt fieri de lignis
q̄ttuor arcellas ⁊ duas q̄dē vndiq; auro coop̄tas oſſaq; mortuoꝝ
putētia mittēs in eis aureis obſerauit ſeris. Alias vo duas pice
⁊ bitumīe liniens repleuit lapidibꝰ p̄cioſis ⁊ ineſtiabilibꝰ marga-
ritis ⁊ oīm vnguētoꝝ odoribꝰ funiculiſq; cilicinis aſtrinxit. De-
inde accerſiri fecit rep̄hēſores ſuos magnates. ſcȝ illos ⁊ p̄ceres
⁊ poſuit añ eos q̄ttuor ip̄as arcellas vt eſtiarēt q̄nto q̄dē iſte q̄n-
to vo illo p̄cio ſint ꝯdigne. Illi vo deauratas magni p̄cij iudica
uerūt. Expedit eīm inq̄unt int̄ regalia diademata poni. q̄ vo illi
nite pice ⁊ bitumine erāt vili q̄dā ⁊ exili precio dignas dixerunt
Rex āt dixit ad illos. Sciebā ⁊ ego talia vos dicturos ext̄iori-
bus eīm ocul' exteriora cernitꝭ. ⁊ tñ nō ita oporteret facē. ſȝ int̄iꝰ
ocul' intrinſecꝰ repoſita expedire ſiue honorē ſiue ꝯtumeliā. Et
mox p̄cepit vt ap̄irēt̄ arcelle deaurate ex q̄bꝰ reſeratꝭ dirꝰ fetor ex-
alauit ⁊ fetidiſſimꝰ viſus ē aſpectꝰ. Ait ergo rex. Iſte typꝰ ē eorū
q̄ ſplēdidis q̄dē ⁊ gl'ioſis induūt̄ veſtibꝰ ⁊ potētia elati ſunt ſȝ in
triſecꝰ mortuis maligniſq; opibꝰ referti ſunt. Deiñ picatas bitu
minataſq; p̄cipiēs diſſolui ⁊ ap̄iri ⁊ cūctos q̄ aderāt letificauit eo
rū q̄ intꝰ erāt ſplēdore ⁊ odore. Tūc ait ad illos. Scitꝭ q̄bꝰ ſil'ia
ſunt iſta. Humilibꝰ ill' q̄ vilibꝰ op̄ti erāt veſtimētꝭ q̄ꝝ vos ext̄io-
rē attēdētes hitū ꝯtumeliā putatꝭ meā añ faciē eoꝝ in t̄ra adora
tionē. Ego vo intellectualibꝰ ocul' reuerētiā illoꝝ ⁊ decorē ꝯſide
rās aīaꝝ gl'ificatꝰ q̄dē eoꝝ tactu oī corona ⁊ regali vniuerſa pur-
pura p̄cioſiores iſtos exiſtiaui. Illos igit̄ ꝯfundēs docuit ne erra
rēt in his q̄ foris apparerēt ſȝ interna attēderent.

¶ Itē Aliud ex libo Apum.

¶ Magr̄ Symon de tornaco Pariſiꝰ in theologia regebat. Et
erat excellēs doctor ille ſuo tp̄e ſȝ ꝯtra decētiā talis officij incōti-
nēs ⁊ ſup̄bꝰ. Hic cū ſup̄ oēs doctores ciuitatꝭ auditores habēt
⁊ in ſchola corā oībꝰ de hūilitate altiſſime doctrine chriſti q̄ſtionē
diſputatōe p̄hibita t̄minaret in fine tandē ⁊ reprobū ſenſuȝ ī exe
cranda ꝯtra xp̄m blaſphemie vba ꝓrupit. Tres ſunt inq̄t q̄ mū
dū ſectis ſuis ⁊ dogmatibꝰ ſubiugarūt. moyſes xp̄s ⁊ machume-
tus Moyſes p̄mo iudaicū populū infatuauit. Scd̄o xp̄s a ſuo
noīe xp̄ianos. Tercio gētilē populū machometꝰ Nec mora euer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

ſis oculis ſcꝫ pro humana voce horribilē. mugitū emiſit ⁊ epilē
tia ſtatim eliſus in terrā die tercio eiuſdē morbi mortem accepit
plaga ergo inſanabili ꝑcuſſit eū om̄ipotēs ⁊ om̄i ſcia vſqꝫ ad pri
ma litterarꝫ elemēta ꝓuauit. ſꝫ grauiori in aīa cū hac plaga ꝑcuſ
ſus eſt. Tum vſqꝫ in diē mortis ſue q̄ſi mutꝰ cōpatꝰ eſt iumētꝫ in
ſipiētibꝰ ⁊ in luxurie feditate ꝑmāſit. Et vide ſumme ammirati
onis miraculū Aleydē fornicariā ꝯcubinā ſuā noiare poterat et
ſciebat Boeciū ꝯo de trinitate q̄ iuxta eū ad ſpectaculū ponebat̄.
quē olim cordetenꝰ ſcierat poſt inditā plagā. nec noiare nouerat
nec valebat. Nō trāſgrediarꝫ ergo t̄mios ꝯſtitutos ⁊ piū modū
ſemꝑ habeas in ſcp̄turis

Aliud ex libro apum

Juuenis q̊dā in theutonie ꝑtibꝰ ex ſanguine ꝓncipū pleniſſiē
generoſus. Sed moribus ⁊ vita degener epiſcopatum male acce
pit. Qui rapinis ⁊ luxurijs verecūde ꝓmo. ſꝫ inuerecūdiſſime pꝰ
modū opam dedit. Caſtigauit āt eū dn̄s flagello mltiplici. ſꝫ cū
abuteret̄ eo in ſupbiā dedit eū dn̄s in mortē reprobā. Qua in ho
ra venerabil Conradꝰ deo dignꝰ hildemēſis ep̄s ad matutinas in
tēpeſte noctis ſilētio ſurrexerat illiſqꝫ dictꝫ reſederat ad ſtudium
facturus in die ſmonē. Nec mora raptꝰ in ſpū vidē ſe viſus eſt
ep̄m quendā velata facie ſꝫ infulis inſignitū ad tribunal iudicis
rapi. Mox aſſunt truci vultu ſatellites accuſant ep̄m. vnꝰ in ra
pina. aliꝰ in cede hoīm atqꝫ alij in luxurijs lubricantē. Tūc iudex
aſſeſſoribꝰ ſuis ait. Accuſate diſcutite librate iudiciū ferte ſniam
nec mora aſſeſſores parāt iudici ferūt in cōmuni ſniam iudex ap
probat latam. Accedunt miniſtri ſupra fuliginē nigriores ⁊ ab
lata mitra de capite anulū caſulam dalmaticam ac reliqua epiſco
palia indumēta detracta. ad pedes iudicꝫ deponūt. nudūqꝫ relic
tū cū clamore rapiūt eiulantē ⁊ a facie iudicis trahunt ad tarta
ra nihil ſecū ꝑter peccata portantem. Mox aſſeſſores iudicis ſur
gunt ⁊ cū cantu ſonoro ſubiūgūt. Dū tp̄s habemꝰ bonū ad om̄es
opemur. His viſis in ſpū dictꝰ hildemēſis ep̄s in ſe reuerſus co
gitare cepit q̊ſnā fuerit ille miſerabilis p̄ſul. Tum ecce quidā ad
oſtiū pulſans intromiſſus eſt cū lachrymis clamans talē ep̄m in
ꝓxima villa veniſſe de veſpe ⁊ ſub eadē noctꝫ hora ſubitanea mor
te ſubtractū. Quo audito ſctūs p̄ſul miſerrimo illo defuncto ꝯdo
luit ⁊ licet inaniter q̄ntuꝫ ad ſubuētionē ꝓ pietate tn̄ lachrymas
amariſſimas fudit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

¶ Ex ceſario.

¶ Añ annos paucos rhome q̈dã cardinal' defunct⁹ eſt noie Ioꝛ
dan⁹. q̈ q̄ndã de oꝛdie ciſterciēſi aſſumpt⁹. ſꝫ vita oꝛdini i eo mi-
me ɔcoꝛdabat. Erat em̄ auar⁹ valde ſicut a q̈daꝫ abbate audiui.
Habebat aūt notariū q̄ndã noie Pandolphū. Hunc cū p q̈dã ne
gocio neſcio q̈ miſiſſꝫ interim expirauit. Eadē hoꝛa cū ille exple-
to negocio rediret mane añ lucē cateruã miſerabilē in agro ɔtē-
plat⁹ ē. Sedebāt hoīes in iumētis in oꝛe caudas hn̄tes ꝟſis doꝛ-
ſis ad capita illoꝝ Quos ioꝛdan⁹ cardinal' cuculla indut⁹ nudis
pedib⁹ ſeq̄bat' duob⁹ demonib⁹ ſe ducētib⁹ In q̈ꝝ aſpectu dū nota
ri⁹ nimis hoꝛreret clamauit cardinalis Pandolphe pandolphe.
Subſiſtēte clerico ⁊ dicēte. Quis es. aut q̈d clamas: Rn̄dit il-
le. Ego ſum ioꝛdan⁹ dn̄s tu⁹ ⁊ moꝛtu⁹ ſum. Dicente illo. q̈ duci-
mini: ille rn̄dit. Añ tribunal xp̄i. Et ille: Noſtis q̈d de vobis ſit
futurū. Nō noui inq̈t de⁹ ſcit. ſꝫ cū illic venero btūs Petrus de
cardinalatu meo p me redditur⁹ eſt rōem ſctūs ꝟo bn̄dict⁹ de cu-
culla qꝛ ſi illã inde obtinere poterit ſaluaboꝛ. ſin autē damnaboꝛ.
Sicq̈ꝫ oculis ei⁹ ſubtract⁹ eſt.

¶ Sūt ibi toꝛtoꝛes ſpētib⁹ hoꝛridioꝛes. defoꝛmes nigri. ſꝫ n̄ ad
ꝟbera pigri. nūq̈ꝫ laſſant'. ſꝫ ſemp ad hec renouant'.

¶ Chriſoſtim⁹. q̈ꝫ amarū erit in iudicio ſepari a viſione dei. Si
mille mihi gehēnas pponas nō tm̄ reputo ſicut ab illi⁹ glīoſe io-
cūditatꝫ ſocietate expelli ⁊ exoſum fieri creatoꝛi

¶ Item ad demetriadem ponamus ante oculos.

¶ Auctoꝛitates ſctōꝝ de iudicio extremo.

¶ Gregoꝛius. Penſate fratres chariſſimi ante ɔſpectum tanti
iudicis quis in illo die terroꝛ erit quando iã in pena remediū nō
erit. Que illa confuſio cum reatu ſuo exigente continget in con-
uentu omnium hominum angeloꝛumq̈ꝫ erubeſcere. Quis eum
pauoꝛ quem ⁊ tranquillum mens coꝛpoꝛe non valet etiam ira-
tum videre. quem bene ſophonias deſcribit dicens. Dies ire di-
es illa dies tribulationis ⁊ anguſtie. dies calamitatis ⁊ miſerie.
dies tenebrarum ⁊ caliginis. dies nebule ⁊ turbinis. dies tube et
clangoꝛis. Penſate frēs extremi diē iudicij ſup coꝛda reproboꝝ
qua aſꝑitate propheta vidit amareſcē quē tot appellatōibus nō
valꝫ explicare

¶ Item. Que mens erit hominis eterni iudicis preſenti-
am non foꝛmidans. Ibi enim tunc ſimul omnia peccata ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

oculos redeūt. ibi cūcta q̄ cū delectatōe acta ſunt cū pudore ad me
moriā reuocant

¶ Bernard⁹. Ue mihi miſero cū venēit dies illa iudicij. ꝛ apti
fuerint libri in quib⁹ oīs reatus mei ꝛ cogitatōes domino pre-
ſente recitabūtur

¶ Hieronym⁹ Siue comedā ſiue bibā ſiue aliđ ꝗd faciā. ſp̄ inſo
nare videt aurib⁹ meis illa terribil' tuba. ſurgite mortui venite ad
iudiciū. qꝛ q̄tiēs diē illū cogito toto corpe ꝯtremiſco

¶ Chriſoſtim⁹. Dicit āt xp̄s dānatꝭ. Ego ꝑpt vos hō fact⁹ ſum
ꝑpt vos alligat⁹ ꝛ illuſus ſum ꝛ ceſus ſum ꝛ crucifix⁹ ſum Ubi
tātaꝝ in iniuriaꝝ meaꝝ fruct⁹ Ecce p̄ciū ſanguis mei quē dedi ꝓ
redēptōe aiaꝝ vrāꝝ. vbi ē fuit⁹ vr̄a quā ꝓ p̄cio ſanguis mei dedi
ſtis Ego ſup gl'iam meā vos habui cū eſſem de⁹ apparēs hō. ꝛ vi
liorē me oīb⁹ reb⁹ vr̄is feciſtis. Nā rē viliſſimā tre ampli⁹ dilexi
ſtis. q̄ȝ iuſticiā meā ꝛ fidē.

¶ Greg'. O q̄ȝ anguſte erunt vndiqȝ vie reprobis. Superius
erit iudex iratus. Inferius horrendū chaos. A dextris peccata ac
cuſantia. a ſiniſtris infinita demonia ad infernū trahentia. Int⁹
conſcientia vrens. extra mūd⁹ ardēs. Miſer pctōr q̄ ibit. ꝛ ſic de
p̄heſus q̄ fugiet. latē eñ erit ipoſſibile apparē intolerabile.

¶ Auguſtin⁹. Mallēt reprobi oē tormentū ſuſtinere inferni
q̄ȝ faciem irati iudicis cernere. Et dicent montibus ꝛ petris. ca-
dite ſup nos ꝛ abſcondite a facie ſedentis ſuper thronum ꝛ ab
ira agni

¶ In diebus illis querent homines mortē ꝛ nō inuenient eā ꝛ de
ſiderabūt mori. ꝛ fugiet mors ab eis

¶ Bern. Quid tā pauēdū ꝗd tā plenū vehemētiſſime ſollicitu
dinis excogitari pt q̄ȝ iudicādis aſtare illi tā terrifico tribunali ſub
tā diſtricto iudice expectare ſententiā.

tur all'a. Vñ yſaie. li. Gaudiū ꝛ leticia inuenient in ea. grāꝝ actio
et vox laudis in tēplo eiꝰ omnes dicēt gloriā Et vere merito vox
exultatōis ꝛ ſalutis reſonet in tabernacul' iuſtoꝝ. Nā in ciuitate
dñi ibi ſonāt iugiter organa ſanctoꝝ qui tribulationū ꝛ penaꝝ la
borūq̄ ꝛ oīm miſeriaꝝ penitꝰ iam obliti ꝑfruūtur ꝛ iubilo celeſti
O q̄z letabūde. q̄z ſuauiter ꝛ ꝑclare tunc canet in Dla ſol. q̇ in ga
ma vt fleuit ꝛ are. De hac ciuitate loq̇tur adhuc bernardꝰ in li. de
meditationibꝰ. O ciuitas celeſtis. mā ſio ſecura. patria totū cōti
nēs qđ delectat ibi incole quietꝰ populꝰ ſine murmure. q̄z glorio-
ſa dcā ſunt de te ciuitas dei ſicut letātium oīm habitatio ē in te ibi
Pax. pietas. bonitas. lux. virtꝰ. ſplēdor. honeſtas. Gloria. laus
req̇es. amor ꝛ cōcordia dulcis Gaudiū. leticia. dulcedo. vita ꝑhē
nis. De hac aūt ꝑhēni vita certi erūt ꝛ ſecuri ꝙ nunq̄z im ꝑpetuū
erit amittēda. yſa. xxxij. Securitas erit vſq̄z in ſempit'nū. Item
Ezechi. xxxiiij. Habitabūt ꝯfident abſq̄z vllo timore. Et puer.
ꝑmo. Qui me audierit abſq̄z terrore. requieſcet ꝛ abūdantia ꝑfru
etur maloꝝ tiore ſublato. Vñ augꝰ. Btitudinē oīm bonoꝝ cele
ſtiū ꝑficit ſecuritas et'na q̄ ſi ſola deeſſet oīa bona celeſtia quantū-
cūq̄z dulcia vaneſcerēt ꝛ vileſcerēt ex timore amittendi. Et ergo
aſſecurādo dt dñs Joh. xiiij. Gaudiū veſtꝝ nemo tollet a vobis.
O domꝰ dei. ciuitas regis magni q̄z innumerabilia. quā grandia
et eternalia ſunt cuncta tua gaudia. q̄z multe tue leticie. q̄z felices
tui incole. Vere vere. Beati q̇ habitāt in domo tua dñe. nam in
ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Quis em̄ ignorat cōpos mentis ſue.
ꝙ cetꝰ in excelſis te laudat celicꝰ omnis. Huiꝰ autem leticie ſeu ce
leſtis glorie ꝑpetuitas indeficiēs ex hoc perꝑēditur quia oliue cō
parat̄. Vñ oſee. xiiij. Erit quaſi oliua gloria eiꝰ Oliua em̄ indefi-
ciēter tā in hyeme q̄z in eſtate ſemꝑ vireſcit Et ideo indefectibilē
et'nā iſtiꝰ gl'e ꝑmanētiā deſiḡt. q̄ ex diuturnitate nō deficit ſꝫ ma-
gis innouatur. De hac eterna gloria ſic dicit chriſoſtomus in li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

bro de repatiōe lapſi Que erit voluptas q̄ leticia erit cum xp̄o cū
sia ad pp̄am generoſitatem regreſſa cum fiducia iam ceperit do-
minū ſuū videre. Explicari nō poteſt illi⁹ leticie magnitudo Nō
em̄ ſolum p his exultat q̊b⁹ pfruit tūc in pn̄ti. Sz multo magis
pro eo gaudet q bonoꝝ ſuoꝝ ſcit nullum finem futuꝝ. Et q̊s erit
particeps tāte glorie ſine fine pmāſure. Certe gloria hec ē omni-
b⁹ ſanctis ſuis. Nam ſancti exultabūt in gl'a letabūtur in cubili-
b⁹ ſuis. Vn̄ qui xp̄i veſtigia ſecuti fuerīt in terris cum ipſo reg-
nabūt in gloria ⁊ honore coronati eternalit in celis. O dilcē mi
q̄z ineffabilit tūc gaudebis ſi ad illa gaudia ī eterna gloria fueris
trāſlat⁹ Tunc vtiq̧ dices exclamādo illud yſa. lxi. Gaudēs gau
debo in domino ⁊ exultabit anima mea ī deo meo. quia induit me
veſtimētis ſalutis. Veriſſime ſicut ſcribit Job. xxij. Tūc ſup om
nipotētem delicijs afflues. ⁊ eleuabis ad deum faciem tuam. ⁊ in
vijs tuis lumē ſplēdebit. De quo habet Ecc̄i. xi. Dulce lumen ⁊
delectabile eſt videre ſolem id eſt xp̄m. quem cognoſcere ⁊ intueri
excellit omne gaudium hui⁹ mundi. Nec mirum quia ei⁹ viſio ⁊
noticia eſt ſanctoꝝ gloria ⁊ vita ſempit'na. Vn̄ Joh. xvij. Hec ē
vita eterna vt cognoſcāt te ſolum veꝝ deum ⁊ quem miſiſti ieſum
xp̄m. Qui ad cognitionem hāc puenerit ipſum deum facie ad fa-
ciem videbit. ⁊ cognoſcet eum ſicuti eſt ſcd̄m eſſe diuinū qd̄ erit
gaudium excellētiſſimū. fons ⁊ origo omnium gaudioꝝ. Hinc ē
qd̄ Bernard⁹ dicit ī ſermōe. Reuera illud eſt veꝝ ⁊ ſummū gau
dium qd̄ non de creatura. ſz de creatore cōcipit qd̄ vtiq̧ fiet qn̄ ti
bi faciem ſuam oſtēderit Et ergo pp̄heta exoptādo dicit. Faciem
tuam domine req̊ram. Faciem inquā gratioſam omnib⁹ gaudijs
plenam. Heu mihi q2 incolat⁹ meus plongat⁹ eſt q̄zdiu carebo tā
to bono ⁊ vſquequo ſic ſubtrahor a deo ſaluatore meo. Fuerūt mi
hi lachryme mee panes die ac nocte dum dicit mihi cottidie vbi
eſt deus tu⁹. Quādo videbo ⁊ apparebo ante faciem dei mei qui le
tificat me in gaudio cum vultu ſuo. Vere hec viſio qua de⁹ facie
ad faciem videt tercium celū eſt. Et ſi dici p̄t paradiſus eſt centū
milium paradiſoꝝ. Ubi ex fonte limpidiſſimo ⁊ ex aqua viua ſic
vita labit beata. Hinc eſt qd̄ ſcribit yſa. lx. Tunc videbis ſupple
faciem dei ⁊ afflues delicijs ⁊ gaudijs ſempit'nis ⁊ mirabit ⁊ dila
tabit cor tuū. O q̄z bon⁹ iſrahel de⁹ his qui recto ſunt corde q̊ tot
et tāta gaudia ipſis quaſi gratis vult cōferre. O amice p̄dilecte.
Illa libēs audis ⁊ ad hec pia gaudia gaudes Nō tamē ignores p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

magnos iſta labores. Sanctis acq̄ri nec fortuitu reꝑiri. Vñ gre
go. in omelia Delectat mētem magnitudo p̄mioꝝ ſꝫ nō deterreat
certamē laboꝝ. Ad magna em̄ premia ꝑueniri nō pt niſi ꝑ mag-
nos labores. Vñ paulꝰ egregius p̄dicator dt. Nō coronabit᷑ niſi
qui legitime certauerit. vnuſquiſqꝫ em̄ ꝓpriam mercedem accipi
et ſcd̄m ſuū laborem. Sꝫ pleriqꝫ ſunt q̇ nolētes bene viuė. tñ deſi
derāt bene mori. Sciūt em̄ ꝙ pcioſa ē in ꝯſpectu dn̄i mors ſcōꝝ
eiꝰ Etiamqꝫ cognoſcūt ꝙ cum dederit dilectis ſuis ſomnū. ecce hē
ditas dn̄i filiȷ̄ ⁊c. Similit᷑ ⁊ ipſi ſciūt ꝙ beati qui in dn̄o moriū-
tur volūt eſſe ꝑticipes cum eis quibꝰ dominꝰ dixit Vos eſtis qui
permāſiſtis mecum in temptationibꝰ ⁊ tribulationibꝰ. Volūt re
gnare cum chriſto. ſꝫ nolūt ſecum pati Talis erat balaam ariolꝰ
qui ꝯſiderās caſtra filioꝝ iſrahel. ⁊ intelligēs eterne beatitudis ꝓ
miſſionē eis a dn̄o factam dicebat. Moriat᷑ aīa mea morte iuſto
rum ⁊ fiāt nouiſſima mea hoꝝ ſimilia. Finem eoꝝ appetēs glorio
ſum. ſꝫ labores abhorrebat q̇bꝰ gloria merebat᷑. O bone ieſu volu
mꝰ tibi omnes cōregnare. nolumꝰ autem cōpati ⁊ tecum laborare
Tu elegiſti pauꝑtates ⁊ miſerias. nos ꝟo voluptates ⁊ delicias.
Tu qđ carni aſperius. nos autem qđ cōmodius. Unde bernar.
Naſcit᷑ dei filiꝰ in cuiꝰ arbitrio erat quodcūqꝫ vellet eligere tempꝰ
elegit qđ carni ē moleſtiꝰ. preſertim ꝑuulo ⁊ pauꝑis matris filio
que vix pānos haberet ad inuoluēdum p̄ſepe ad reclinādum ⁊ cū
tāta eſſet neceſſitas nullā audio fieri pellium mētionem. Chriſtꝰ
itaqꝫ qui nō fallit᷑ elegit qđ carni moleſtiꝰ eſt. id igitur melius. id
vtilius. ⁊ id potiꝰ eſt eligēdum. Et quiſquis aliud ſuaſerit vel do
cuerit. ab eo tanq̄ꝫ a ſeductore eſt cauēdum. Ipſe eteni frēs eſt ꝓ
miſſus olim ꝑ yſaiam ꝓphetam. Paruulꝰ ſciens reprobare malū
et eligere bonum. Malum igit᷑ voluptas corꝑis. bonum ꝟo affli
ctio eiuſdem eſt. ſiquidem ⁊ hāc elegit. ⁊ illam reprobauit puer ſa
piēs ꝟbum ſanctum. Hec omnia Bernardꝰ. O dilecte puer tu
ab inicio elegiſti afflictiōes corꝑales ⁊ patiēdo voluiſti ītrare glo
riam tibi ꝓpriam. ſꝫ nos in delicijs viuēdo volumꝰ intrare glori
am alienā. O q̄ꝫ ſtulti ſumꝰ ⁊ tardi corde ad credēdum. volumꝰ
hic gaudere cū ſcl'o. ⁊ poſtea regnare cum xp̄o. Dn̄s nudꝰ ingredi
tur. ſeruꝰ ſuꝑfluitate veſtiū auri ⁊ gemmaꝝ onuſtus introibit. Il
le ieiunꝰ. iſte crapula ⁊ luxuria plenꝰ. ille in cruce ꝓ iſto moriens
iſte ꝓ illo in lecto delicate dormiēs. Qđ dn̄s non fecit. faciet hoc
ſeruꝰ. certe nō nec etiam videt᷑ cōſonum rōni. Audi q̇d loquitur

poeta. In cruce ſudauit dñs ſeru⁹ ne quieſcet. Tolle tuam. tulit
ipſe ſuam guſtauit acetū. facoꝫ idem nō maioꝛ erit reuerētia ſerui
ꝙ dñi. Si vis eſſe ſuus ſecutoꝛ opoꝛtet toꝛmēta toꝛmētis ſequi
nō itur ad aſtra delicijs. Ideo moꝛtem quā ſolueꝛ debes nature per
ſolue deo moriaris in illo. rumpe moꝛas. igiť impone ſilētia car/
ni. Delicias ſuſpēde tuas ꝛ curras ad arma. pꝛompta man⁹ plan
gas ſic rumpaturqꝫ voluptas. Nā ſicut dt Hiero. in epl'a ad iu
lianū. Difficile imo ipoſſibile ē vt ꝛ pn̄tib⁹ quis fruať bonis ꝛ fu
turis vt hic ventrem ꝛ ibi mētem repleat. ꝛ de delicijs ad delicias
trāſeat ꝛ in vtroqꝫ ſeculo pꝛimus ſit ꝛ in terra ꝛ in celo appareat
gloꝛioſus. Item dt idem in alio loco Impoſſibile eſt delicijs afflu
ere ꝛ xp̄m ſequi natura denegat vt cōtraria miſceanť. Nō poſſu/
m⁹ deo ſeruire ꝛ māmone. aut ego falloꝛ aut ipſi in fine decipienť
qui mihi modo nō credūt. credent cū diuitie ſue trāſierūt i egeſta/
tem. diues epulabať quotidie ſplēdide. hic idut⁹ purpura ꝛ byſſo
ſꝫ moꝛtuus qd moyſi noluit credere. poſtea in toꝛmētis poſitus
ſenſit. Iſtud etiā innuere videť beat⁹ bernar. in colloquio. Simo
nis petri ꝛ ieſu vbi taliť inqt. Abꝛahā ait diuiti epuloni. Tu re/
cepiſti bona in vita tua ꝛ lazar⁹ ſimiliť mala. nūc autem cōſolať.
tu vo cruciaris. Quid dicem⁹ ad hec: Si tal' eſt finis ꝛ tale iudi
ciū vbi extrema gaudij luct⁹ occupat. nunqd pferēda ſunt in hoc
ſcl'o mala bonis. quippe nec illa vra bona. ſꝫ iſta vra poti⁹ ſalomois
ſnia. meli⁹ eſt ire ad domū luct⁹ quā ad domū ꝯuiuij. Ceteꝝ ſi ſic
cruciādi ſunt q in vita ſua bona receperūt. ꝛ hn̄tib⁹ ꝯſolationē pn̄
tē ve ipoſitū eſt ſempiternū. quiſnā eoꝝ poterit eſſe finis ſi ſcdm
multitudinē ꝯſolationū ſuaꝝ doloꝛes apphenderit aīas miſeroꝝ
Cōſequēs em̄ videť vt bona oīa ꝛ omnem ſeculi hui⁹ recipiētes cō
ſolationē. nihilomin⁹ vniuerſum ve ꝛ vniuerſi maneāt cruciat⁹.
At vero illud eque ꝛ eadē abꝛahe ſentētia cōijciendū videť. Oēs
qui cōtrario ductu ſpū vite pn̄tis oīa bona reſpuūt ꝛ mala eligūt
oīa bona dñi ꝛ oēm habituros cōſolationem Hec omnia Bernar
d⁹ vbi ſupꝛa. Renuat ergo conſolari anima tua in hoc mundo in
hac lachꝛymaꝝ valle. in terra laboꝛis ꝛ miſerie. Nam ve omnib⁹
qui hic recipiūt cōſolationem ſuam. Cōtemne trāſitoꝛia. fugeqꝫ
delicias ꝛ gaudia mūdana. Tibi em̄ abſit gloꝛiari niſi i cruce dñi
nr̄i ieſu xp̄i. Unde petr⁹ bleſenſis ſup iob ad regem anglie ita di/
cit. Putaſne aliquis in pn̄ti vita gaudeat ꝛ futura: ſi tamen gau
dium debeat dici qd turbať aſſidue ꝛ reſpergiť amaritudie pſenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

nimis delicatꝰ es. ſi vtrumqȝ pſumis. vti ſeculo ⁊ frui chriſto pre-
ſentis mūdi delicias capere. ⁊ nihilominꝰ celeſtis glorie diuitias
obtinere. Audi ꝗd dictum ſit illi diuiti in euāgelio qui cruciaba-
tur in flamma. ⁊ lingue ardentis refrigerium poſtulabat. Fili re-
cordare quia recepiſti bona in vita tua. ⁊ lazarꝰ ſimilit̄ mala. Hic
igitur cōſolatur. tu vero cruciaris. O ꝙ̄ diſſimile premium me-
rito poſſumꝰ reputare īſanos ſanctiſſimos reges ac ꝓphetas. apo-
ſtolos. martyres. cōfeſſores teneras ac delicatas ꝟgines. qui om-
nes ſpretis diuitijs at cōculcatis delicijs huiꝰ mundi ſeipſos pro
chriſto tribulationibꝰ ⁊ morti obtulerunt. ſi gloriam ⁊ honorem
quam adepti ſunt in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in voluptatibꝰ
et delicijs obtinuiſſe. Hec ille Petrꝰ bleſenſis Uere frater vere ꝗc-
quid dicat̄ firmiter hec tene ꝙ celum nō aliter ſcandes. niſi quod
docuere apoſtoli teneas ore, moribꝰ ⁊ fide. Et quid docuerūt illi:
Nōne ſobrij ⁊ iuſte viuere. humilitatem ⁊ patiam. charitatem ⁊
cōſtātiam ac ceteras ꝟtutes totis viribꝰ obtinere. mūdum ⁊ que
mūdi ſunt deſpicere. diuitias ⁊ delicias fugere. pn̄iam agere. ī tri-
bulationibꝰ ⁊ miſerijs letari ⁊ gaudere. Tu quoqȝ fac ſimile ⁊ vi-
ues. eſto quoqȝ forti animo in omnibꝰ laboribꝰ anguſtijs ⁊ penis.
In ꝑmo em̄ eſt ꝙ a domino cureris. labora fortiter ſicut bonus
miles xp̄i. Et ne cogites ītra temetip̄m aliquā do ſic dicēs. Mul-
tꝰ ⁊ immēſus eſt labor meꝰ. ego autem ſum minimꝰ ⁊ infirmꝰ val-
de. nec valeo hoc ꝓpoſito finaliter pſeuerare. Audi ꝟba Hierony-
mi in epiſtola ſic dicētis. Nullꝰ labor durꝰ. nullum tempꝰ longū
videri debet quo eternitatis gloria acquirit̄. Un̄ chriſoſtomꝰ ſuꝑ
mattheum. Si ꝗs viam laborioſam exiſtimat ſue deſidie eſt ac-
cuſator. Si em̄ minaces pelagi fluctꝰ nautis. ſi tempeſtates atqȝ
hyems agricolis ſi vulnera cedeſqȝ militibꝰ. ſi grauiſſimi ictꝰ pla-
geqȝ pugilibꝰ leues vident̄ ⁊ tolerabiles ꝓpter ſpem temporaliū ⁊
pretereūtem cōmodoꝝ. multomagis cum celum preparat̄ in pre-
mium. nihil ex pn̄tibꝰ aſperitatibꝰ debeat ſentire. ac maxime labo-
res mitigat in benignū venire finem Ne aſpicias ꝙ via eſt aſpera
ſed quo ducit. ⁊ aliam quia lata ē. ſȝ vbi deſinit. Certe iam video
ꝙ dormientibꝰ non ꝑuenit regnum dei. nec ocio vel deſidia torpē-
tibꝰ beatitudo eternitatis ingerit̄ Sicut dt leo papa in ſermone.
ſed ſicut ſcribit̄ Math. xi. Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violenti ca-
piūt illud. Un̄ quidā. De regno celi nō credit mente fideli. Inſi-
piēs ⁊ ebes ſȝ tu bene credē debes. Chriſto dicēti rapiūt illud vio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

lenti. ſcʒ auſteri ſe caſtigando ſeueri. Mollia ſpernentes ꝛ carni
vim facientes. Itē ſuꝑ hoc dicit aliꝰ poeta. Aſper erit victus aſꝑ
labor aſper amictus. Aſpera cuncta tibi ſi vis ſuꝑ ethera ſcribi.
Ecce iam patet manifeſte ꝙ ſicut ſcribitur Actuū. xiiij. Per mlꝫ
tas tribulatōes oportet nos intrare regnum celorum. O q̄ʒ bene
attēdebat hoc btūs auguſtinꝰ ꝙ nō niſi tormētis itur ad aſtra dī
Uñ dt. O aīa mea ſi q̄tidie oportet nos tormēta ꝑferre. ſi ipāʒ
gehennā lōgo tp̄e tolerare. vt xp̄m in ſua gl'ia vidē poſſemꝰ ꝛ ſan
ctis eiꝰ ſociari. Nōne ergo mō dignū ē pati om̄e triſte. vt tāte bo
nitatis ꝛ gl'ie ꝑticipes habeamur. Inſidientꝛ ergo demōes. parēt
ſuas tēptatōes. frangāt corpꝰ ieiunia. p̄mant veſtimēta cilicina.
labores grauent. vigilie exiccent. inclamet me iſte inq̄ret me ille
vel ille. frigꝰ cōtrahat calor adurat. caput doleat. pectꝰ areat. in
flekꝫ ſtomachꝰ. palleſcat vultꝰ. infirmekꝫ hō totꝰ. deficiat in dolorē
vita mea. ꝛ aīa in gemitibꝰ. Ingrediakꝫ putredo in oſſibus meis.
ſubter me ſcateat vt requieſcā in die tribulatōis. ꝛ aſcēdā ad po/
pulū accinctū nr̄m. Itē Petrꝰ bleſenſis. Fatiſcāt mēbra mea vi
gilijs. extenuētur ieiunijs. labore frangankꝫ. liqueſcāt in lacrimis
oculi. imo ſi totū cerebrū ꝛ medulle corpis in fletū effluant. non
ſunt tñ ꝯdigne paſſiōes huiꝰ tp̄is ad futurā gl'iam que reuelabikꝫ
in nobis. O ſi ſciret hō q̇d ꝛ ip̄e ꝛ q̇d deꝰ eſſet. mille pati mortes
credēt eſſe nihil. Ecce q̄ ꝛ q̄nta ſunt hilaritꝫ pro deo ſuſtinēda. libē
ter ergo ſuſtine ꝛ gaudentꝫ patiare. Exēpluʒ accipe in latronibus
ꝛ maleficis ad mortē dijudicatꝫ q̇ gauderēt ſi ꝑ abſcidēda auricu
la poſſent euadē mortē aīe ꝛ acq̄rē gl'iam et'nalez. Uñ Eccl'. vi.
Exiguū laboris ecce pn̄ie paruitas ꝛ cito edes de generationibus
illiꝰ videlʒ de fructibꝰ gl'ie q̇ generākꝫ ex labore pn̄ie. Itē Sap. iij.
In paucis vexati ecce laboris exiguitas In multꝫ bñ diſponētur
Ecce magna remuneratio ꝛ p̄miū q̄ exinde ſequunkꝫ. Uñ btūs ef
frem. Si inq̇t modicꝰ eſt labor inſtitutionis nr̄e frēs cariſſimi ꝛ
magna ē requies. ꝑui tp̄is afflictio. ſʒ retributio eiꝰ videlicʒ deli
cie ꝑadiſi ꝛ exultatio ꝛ leticia in ſeculum ſeculi ꝑmanebūt. Iō dt
ſapiēs Eccl'. vltimo. Uidete ocul' vr̄is q̄ modicū laboraui ꝛ īue
ni mihi multā requiē. Et ſic clare ptʒ ꝙ breuis ē iſte labor. ꝛ pre
mia multa laborꝫ. Fac ergo libentꝫ atqʒ volūtarie īmortal' futurꝰ
ꝑ vita ꝑpetue duratura que gratantꝫ facēt hō moriturus ꝑ tp̄ali
vita ad modicū differenda. Et ergo finalitꝫ ꝯcludēdo ptʒ aliq̄litꝫ
ex ſupiꝰ allegatis. ꝙ hec nouiſſima videlicʒ mors. iudiciū. gehen

na ⁊ gloria oēs q̊ ꝯtinuā ⁊ iugem hn̄t eoꝝ memoriā valde ⁊ mul
tiplicit̄ reuocāt a pctīs Sꝫ pauci iſta pōderant ⁊ rariſſime ea co
gitāt ſeu ꝯſiderāt. oīs putāt diu viuē ⁊ in ſenecta vberi penitē.
iudicē placare infernū fugē. ⁊ ſic celeſtē gl'iam in delicijs viuēdo
⁊ ocijs acq̄rere tādē ⁊ et̄nalit̄ poſſidē Nō ſic impij nō ſic. hoc ar
gumentū nō ꝯcludit. imo fallit ⁊ illō prout ſatꝫ lucide ptꝫ ꝑ p̄di
cta. Et igit̄ oēs ſeducimī ⁊ niſi pn̄iam egeritis ſil' ꝑibitis. ⁊ mo
riemini in pctīs. Vn̄ ſcribit̄ Eccl'. ij. Si pn̄iam nō egerim⁹. in
cidem⁹ in man⁹ dei ⁊ nō in man⁹ hoīm. Sed proch dolor q̊s peni
tet. q̊s peccata deflet. q̊s ſubuenit paupi. q̊s miseret̄ inopi. q̊s cō
patit̄ miſeris. q̊s cogitat de futuris? Peīt⁹ nemo. nā fere tota ge
neratio praua eſt atqꝫ ꝑuerſa q̄ nō direxit cor ſuū in bonū. imo po
ti⁹ in malū. Oēs trena ſapiūt ⁊ q̄ ſua ſunt q̄runt. nō q̄ Jeſu xpi.
Munera diligūt. ꝟtutes fugiūt. ⁊ ſicut iumēta in ſtercorib⁹. ſic
⁊ ipi in peccatꝫ multiplicib⁹ miſerabilit̄ cōputreſcunt. Corrupti
ſunt abomīabiles facti ſunt in iniq̄tatib⁹ ſuis Jā dn̄s de celo pro
ſpexit ſup filios hoīm. vt videat ſi eſt intelligēs aut requirens bo
nū. Sed oēs declinauerūt ſil' inutiles facti ſunt. nec ē q̊ faciat bo
nū. vix etiā vſqꝫ ad vnū. Ecce iā impletū eſt tp̄s. iā aduenit miſe
rabilis ille mundi ſtatus. De quo Michee ſeptimo capitulo ita
prophetatur. Perijt ſanctus de terra ⁊ rectus in hominibus non
eſt. Omnes em̄ in ſanguine inſidiantur. vt fratrem ſuū venātur
ad mortem. malum manuuꝫ ſuarum dicunt bonum. Qui opti
mus eſt in eis quaſi pſalmus. ⁊ qui rectus quaſi ſpina de ſepi.
Quid plura? Nolunt ſcire ⁊ intelligere vt bene agant. nec ocu
los aperire vt clare videant. ſic excecauit eos malicia ipſorum O
ſtulta malicia. O mala ſtulticia voluntarie vitam fugere. mor
tem diligere. ſpernere bonum. agere malum. deumqꝫ contemne
re. ⁊ demoni obedire. Chariſſime cur proprium caput enſe ſecas?
Cur ſponte cathenas demonis incurris? Cur ſua iuſſa facis? Ex
urge exurge. euigila ⁊ vide. Relinque diabolum fuge demonem.
ne poſtea cum ipis eternaliter contemnaris. Miror ⁊ ammiror
q̄ homo qui pre ceteris eſt creatura rationalis in nullo quaſi ſeq̄
tur iudicium rationis ſpernens ſalubria. affectans noxia. que
rēs ⁊ deſiderans mortifera ⁊ nociua. O deus eterne que cauſa ta
lis dementie. que ratio tante fatuitatꝫ ⁊ inſanie. Cur anima mor
tem tam prono corde requirit. Cur ſibi quod tollit viuere captat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

homo. Uere vere gens abſq; conſilio eſt ⁊ ſine prudentia Ac vti
nam ſaperent ⁊ intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

¶ Finiunt Quattuor nouiſſima

¶ Sequuntur Exempla de gaudijs regni celorum.

¶ De gaudijs regni celorum Ex libro Apum.

Jdi in Brabantia mulierē diuitem ⁊ honeſtam poſſeſſa-
a demonio. Quā cum rogante preſbytero religioſo viſi-
tarem inuenim⁹ eā a vexatōe demonis quieſcentē ⁊ ſen-
ſate loquentē vt ſanā. Tūc occulte nemine aduertēte verſum can-
tici moyſi in Dentro. ſcd̄m q̄ olim a ſancto q̄dā vno audierā ter
cio repetiui ad prouocādū demonē in obſeſſa. Deū qui te genuit
dereliq̄ſti ⁊ oblit⁹ es dn̄i creatoris tui. Nec mora mulier pallere
cepit labijs atq; vultu ⁊ due vene in collo ei⁹ ad groſſiciē pollicis
intumeſcē. Tūc ego inq̄o q̄re peſſime vexare feminā p̄ſumpſiſti.
Mortuo inq̄t viro ſuo cōpaſſa. in ſubſidiū illi⁹ anime ɔtulit q̄c
q̄d boni fecerat i hac vita. ⁊ ex hoc nacta occaſiōe vas vacuū mox
intraui. Cui ego. Mētiris miſerrime ex hoc em̄ qd̄ dedit medi-
ante charitate cumulatū ē bonū ei⁹ Et ille cū cachinno. Mēdax
inq̄t ſum nec miror ſi mētior. Mox ego. Eſt ne illa taꝫ pulchra
ſicut d̄r celeſtiſ patria quā p̄didiſti. Et rn̄dit. Jn infinitū pulcri
or q̄ꝫ dicit̄. Et ego. velles ne redire ad illā patriā ſi poſſes. Et il
le. Uellē inq̄t q̄ poſſem vſq; ad diē iudicij oīa excogitata ſuppli
cia ſuſtinere. Cui dixi. Et ego promitto tibi in periculum ſalu-
tis mee promiſſe ſi mendax inueniar illam perditam gloriaꝫ re
cuperare te poſſe ſi tantum hec dixeris. Domint deus meus pec
caui ignoſce mihi. Et mox ille contorto collo exclamauit hono-
rifice. Domine domine. Cūq; hoc ſepius cū clamoē valido p̄ſona

ret. nec vltra in verbis ꝓcederet. Impoſſibile eñ ſciebã illi vt deũ
ſuũ dñm recognoſcẽt: ⁊ ſe fateret peccaſſe atq; ſibi ꝑcaret ignoſci
tandẽ ſubiunxit. Dñe deus margarete ſic eñ obſeſſa mulier voca
bat deũ recognoſcẽ dñm ſuũ indignatꝰ. Tũc ego ad illũ. O infe
liciſſime oĩm creaturaꝝ ſupbia eliſit te. ⁊ de celo depulit te redire
inexpiabilis ſupbia nõ ꝑmittit. Nec mora ꝯfuſus obmutuit Et
poſt paucos dies nõ tñ tunc feminã dereliq̃t.

¶ Aliud ex dialogo Gregorij.

N Tudertina vrbe in qua fortunatꝰ vir dei erat eps̃ Mar
cellꝰ q̃dã bone actionis vir cũ duabꝰ ſororibꝰ ſuis hitauit. q̃
eueniẽte moleſtia corpis ip̃o ſacratiſſimo veſpaſcẽte iam ſabbato
paſchali defunctꝰ ẽ. Cuiꝰ corpꝰ cũ lõgiꝰ eſſ; efferẽdũ die eodẽ ſepe
lire nõ potuit. Cũq; mora eſſ; tpis ad explendũ debitũ ſepulture
ſorores eiꝰ morte illiꝰ afflicte cucurrerũt flentes ad fortunatum
venerabilẽ eiq; magnis vocibꝰ clamare ceperũt. Scimꝰ q; aplorꝝ
vitã tenes leproſos mũdas. cecos illuminas. veni ⁊ reſuſcita mor
tuũ nrm̃ Qui mox vt ꝯgnouit frẽm eaꝝ defunctũ flere etiã cepit
ip̃e de morte ipiꝰ eiſq; rñdit dicẽs. Recedite ⁊ hoc dicẽ nolite. q꞉
iuſſio oĩpotẽt; dei ẽ cui ꝯtraire nullꝰ hoim põt. Illis itaq; deſcen
dẽtibꝰ triſtis ex morte illiꝰ mãſit eps̃. Subſequẽti aũt die dñico
ante exurgẽtis lucis crepuſculũ vocatis duobꝰ diaconibꝰ ſuis ꝑ
rexit ad domũ defuncti acceſſit ad locũ vbi iacebat corpꝰ examine
ibiq; ſe in orationẽ dedit. Expleta autẽ prece ſurrexit ⁊ iuxta cor
pus defuncti ſedit. Nõ aũt grãdi voce defunctũ per nomẽ voca
uit dicens. Frater Marcelle veni. Ille aũt ac ſi leuit dormiens
ad vicinã vocẽ quãuis modica fuiſſet excitatꝰ. ſtatim apuit ocu
los atq; ad epm̃ reſpiciẽs. dixit. O q̃d feciſti? o quid feciſti? Cui
eps̃ rñdit dicẽs. Quid feci fili? At ille ait. Duo heſterna die ve
nerũt q̃ me eijciẽtes ex corpe in bonũ locũ duxerũt. Hodie autẽ
vnꝰ miſſus ẽ nũciꝰ q̃ dixit Reducite eũ q꞉ fortunatꝰ eps̃ in domũ
illius venit. Quibus verbis expletis mox ex infirmitate ꝯualu
it. ⁊ in hac vita diutius manſit. Nec tamen credendũ eſt. q꞉ lo
cũ quẽ acceperat perdidit. quia dubiũ nõ eſt q; interceſſoris ſui
ꝑcibꝰ potuit poſt mortẽ meliꝰ viuere qui ante mortẽ ſtuduit omi
potenti deo placere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

¶ Ex vita ſancti Franciſci.

Quidā iuuenis valde nobilis ac delicatꝰ venit ad ordinē ſan
cti Franciſci. q̇ indutꝰ habitu fratrū pꝰ aliq̄t dies diabolo
inſtigāte cepit habere in tāta abomīatōe habitū quē gerebat ꝙ vi
debat̃ ſibi portare ſaccū viliſſimū ⁊ ꝓpt̃ea horrebat manicas ab/
ominabat̃ capuciū ⁊ ip̄am lōgitudiez tunice ⁊ eiꝰ aſꝑitatē tanq̄
importabilē eſtiabat. Un̄ factū ē ꝙ creſcēte religiōis faſtidio de/
liberauit penitꝰ reijcē habitū ⁊ redire ad ſeculū. Magiſter autez
eiꝰ docuerat eū ꝙ qn̄ an̄ altare ꝯuētꝰ tranſiret in quo ſuabat̃ ſan/
ctiſſimū xp̄i corpꝰ cū magna reuerentia genibꝰ flexis ⁊ diſcoꝑto
capite ⁊ cancellatꝫ manibꝰ deuote inclinaret. Accidit aūt illa no
cte q̄ deliberauerat dimittē habitū ⁊ redire ad ſeculū ꝙ oportebat
eū an̄ altare trāſire vbi ſicut ꝯſueuerat genua flexit. ⁊ ſtatim fuit
captꝰ in ſpū ⁊ oſtēſa ſibi fuit mirabil' viſio. Nā vidit quaſi mul/
titudinē infinitā corā eo ꝓceſſionalit̃ tranſeūtē. oēs ṽo q̇ in illa
ꝓceſſione beata erant bini incedebāt. Et erāt veſtiti ornatiſſimis
⁊ ꝑcioſiſſimis diaſperis. Facies aūt eorū ⁊ manꝰ ⁊ q̇cq̇d appare/
bat de corpe ſole ſplēdidiꝰ radiabat. ⁊ ibāt cū cantu ⁊ iubilo ange
loꝝ ſolēniſſime ⁊ dulciſſime decātādo. Int̃ q̄s duo nobiliores ce/
teris incedebāt tāta claritate velati ꝙ mirandū ſtuporē aſpicien/
tibus ingerebāt. ⁊ quaſi circa finē ꝓceſſionis p̄dicte. vidit etiam
quendā tāta gl'ia decoratū ꝙ videbat̃ q̈ſi nouꝰ miles ab oībꝰ ſingu
larit̃ honorari. Dictꝰ aūt Juuenis hoc vidēs mirabat̃ valde ⁊ ne/
ſciebat q̇d hoc eſſꝫ. nec int̃rogare trāſeūtes audebat. nec pot̃at ni
mia dulcedine ſtupefactꝰ. Sꝫ cū ꝓceſſio ꝑtrāſiſſꝫ ⁊ ip̄e adhuc vi
dens extremos reſumēs audaciā cucurrit ad illos ⁊ interrogans
dixit. O chariſſimi. rogo vos ꝙ dicē placeat q̇ ſint iſti tā admira
biles q̄s ꝯtinet hec venerāda ꝓceſſio. Jlli ṽo cōuertētes ad eum
ſplēdidiſſimas facies dixerūt. Nos oēs ſumꝰ frēs miores. q̇ mō
venimꝰ de ꝑadiſo. Et ille rurſum int̃rogās. q̇ ſunt illi duo q̇ tm̄
excellēt int̃ alios rutilāt. Rn̄derūt. Jlli duo cet̃is clariores ſunt
ſctūs Frāciſcꝰ ⁊ frat̃ Anthoniꝰ. Jlle āt vltimꝰ tm̄ honoratꝰ ē q̇/
dā ſctūs fr̃ nouit̃ mortuꝰ. quē qꝛ valent̃ ꝯtra tēptatōes pugna/
uit ⁊ vſqꝫ in finē ꝑſeuerauit in ſctō ꝓpoſito ad gaudia et̃ni regni
cū gl'ia ⁊ triūpho ꝑducimꝰ. nō ſolū comitātibꝰ ſcīs. ſꝫ etiā letan/
tibꝰ angel'. Jſta ṽo veſtimēta diaſperi q̄ nos tā decora portauimꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

data ſunt nobis propt̕ aſꝑas tunicas q̄s in religiōe patient̕ detu
lim⁹. ꝛ glīa claritas quā tu vides data ē nob̄ a deo propt̕ humilē
paciētiā quā fecim⁹ ꝛ propter ſctām pauꝑtatē ꝛ obedientiā ꝛ ca
ſtitatē mundiſſimā quā vſqꝫ in finē hilari mēte ſuauim⁹. vn̄ fi-
li nō ſit tibi durū ſaccū religionis tā fructiferū deportare. qꝛ ſi in
ſacco Franciſci amore dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i mūdū ſpernēdo. carnem
mortificādo ꝛ ꝯtra diabolū dimicādo viriliť te habueris nobiſcū
ſil'i veſte fulgebis. Et his dictis Juuenis ad ſe rediȷ̇t ꝛ ꝯfortat⁹
ex ip̄a viſiōe oēm tēptatōez abiecit. culpā coraz gardiano ꝛ aliȷ̇s
frib⁹ recognouit aſꝑitatē pn̄ie. ꝛ indumēti vt diuitias de cetero
ꝯcupiuit. Et ſic immutat⁹ in meli⁹ in ſancta vita finiuit.

¶ Aliud exemplū

Nno dn̄i. M. cccc. iiij. Quidā cleric⁹ de vēdepera cū ſtude
ret i ſchol' apd̄ lugdunū vidit i viſiōe noctꝫ vallē q̄ndā ſub
q̄dā monte ſuꝑ quē ci̅tas q̄dā pulcherria ſita erat. cui⁹ aſpect⁹ ni
miū delectabat ītuētes. ita vt q̄ſq̄s eā videt̕ de aſpectu illi⁹ ſaciari
nō poſſz. ꝛ oib⁹ mōis laborauit qūo ad eā ꝑueire valet̕. Jnt̕ea vi
dit fluuiū q̄ndā ſub pede mōtꝫ imo circa pedē currētē. Quē duz
circuiret q̄rēs artē qūo eū trāſmearet. vidit ſuꝑ ripā flumis duo
decim lauātes i fluie tunicas ſuas. Jnt̕ q̄s erat q̄dā veſte cādidiſ
ſima indut⁹ ml't̄ū aliȷ̇s diſſil'es q̄ adiuuabat illos i tunicaꝝ ſuarū
ablutōe q̄ p⁹ q̄ꝫ iuuerat vnū ibat poſtea adiuuare aliū. Tūc cleri-
cus q̄ hoc videbat acceſſit ad illū q̄ cet̕os adiuuabat ꝛ dixit. Que
gēs eſtꝫ vos. Qui ait. Jſti paupes hoīes ſunt pn̄iam agētes. ꝛ ſe
apctis ſuis lauātes. ꝛ ego fili⁹ dī ieſus xp̄s ſine c⁹ auxilio nec iſti
nec aliȷ̇ pn̄t bn̄ facē. Ciuitas hec pulchra quā vides ꝑadiſus ē vbi
ego maneo ꝛ qn̄ q̄s tunicā ſuā lauerit. i. pn̄iam ꝑegerit i illā in-
trabit. Turpē ſatꝫ diu q̄ſiſti viā q̄ itur ad illā. ſꝫ nulla alia via q̄ꝫ
iſta ducit ad eā. His dictꝫ cleric⁹ a ſomnio euigilauit ꝛ mirari ce
pit de viſiōe. Cūqꝫ nō ml'to p⁹ rediſſꝫ de ſchola in patriā ſuā nar
rauit ep̄o cabilonēſi viſionē hāc cui familiarꝫ erat. Qua audita
ep̄s ſuaſit ei vt ſcl'm relinq̄ret ꝛ religionē ītraret cōmēdās ei ſuꝑ
oēs ordīes nouellū illū ordinē ciſterciēſiuz. Jlle venit ciſterciuz
ꝛ inuēit locū incultuz ꝛ deſtū ꝛ frēs int̕ beſtias cōmorātes. Ad
portā ꝓo monaſteriȷ̇ q̄ de vimine facta erat pēdebat malle⁹ ferre
us. cuius ſonitu ad portam portarius cōpellabatur ab introire
volentibus. Hoc vero ſonitu portarius vocatus venit ad eum

foꝛas ⁊ inclinās ſe ad eū ſalutauit eū. Quē cleric⁹ intuens ꝯgno
uit ſtatim ſe eundē vidiſſe int̄ eos q̄ tunicas ſuas in flumine laua
bāt. Rogauitqꝫ eū vt ad ſe adducēt abbatē. Abbas igit̄ ⁊ tot⁹ cō
uent⁹ venit ad eū ⁊ recognouit cleric⁹ omnes ſe vidiſſe tunicas ſu
as in flumīe lauātes. Statimqꝫ cecidit ad abbatis pedes rogans
eum cum lachꝛymis vt ſuſciperet̄. Qui ſuſcept⁹ non multo poſt
factus eſt pꝛioꝛ.

¶ Ex ceſario aliud

EGrotabat ī heinnerode cenobio ſacerdos yſenbrād⁹ noīe cu-
ſtos eccleſie plus q̄ꝫ triceſimū annū agēs in oꝛdīe ⁊ ad extrema ꝑ
duct⁹ eſt. Media nocte cum ſuꝑ eum miſtroꝝ vigilaret diligētia
audierūt eū leui ſuſurro ꝟba ſonare. Timēteſqꝫ ne moꝛti ꝓximus
aliena loq̄ret̄ oꝛi loquētis aure adhibita. ītellexerūt ꝟba ſublimiā
edificatiōis plena de gl'a celeſti ⁊ inenarrabili leticia ſanctoꝝ. Di
gnū ergo indicātes teſtem his idoneū adhiberi nunciauerunt hec
abbati. q̊ ⁊ ipſe graui laboꝛabat infirmitate. Vocat⁹ abbas affuit
Interim cecinit hoꝛologiū ⁊ occaſiōe ſumpta ſic fari cepit. O q̄ꝫ
ſuauem noctē exegi q̄ꝫ delectabili hoꝛologio oꝑam dedi q̄ꝫ dulces
et ſuaues ꝯcentus andiui choꝛis in celo pſallētium iterfui O q̄ꝫ
cōcoꝛdit̄ ⁊ delectabilit̄ pſallebāt. In nr̄o cantu ſolet eſſe diſſonan
tia tedium laſſitudo. ibi lōge aliter eſt. In vnam oēs ꝯueniūt me
lodiam ſuꝑ omne qđ delectat dulcioꝛē Infatigabiles laudare nō
ceſſant ⁊ quāto plus laudāt tanto plus creſcit amoꝛ laudandi. ⁊
mirabili atqꝫ ineffabili modo hoc ꝓuenit. in vſum gratiſſime q̄e
tis ꝙ nunq̄ꝫ vacāt a laudo creatoꝛis. Ibi q̊ magis hic humiliati
ſunt mediocrib⁹ vel min mis cōtenti gloꝛioſius exultāt abundā
tioꝛem recipiētes ꝯſolationem faciem ſplēdidiſſimā ſtatura celſi
veſte gloꝛioſi. Cū his familiarit̄ cōuerſat⁹ ſum ⁊ amico refect⁹ col
loquio. Tāta gloꝛia veſtiū delectat⁹ ſollicite querebā ſi talem ego
habitur⁹ eſſem ⁊ dixerūt. Qui viuit irreꝑhenſibilit̄ talem veſtem
ſperare poteſt. Si ꝟo vicium latuerit in cōuerſatiōe macula ap-
parebit ī veſte. Culpa em̄ vite maculā facit ī veſte. Immaculat⁹
ergo merebit̄ habere veſtem q̄ ſe a maculis ſeruat īmunē. Et dixi
Que ſunt macule. Et illi. Murmuratio. detractio. inuidia. ne-
gligētia ⁊ quicq̄d ſinceritatē coꝛdis maculat ⁊ cōfundit. Qui ta
lia agūt in gloꝛia veſtis maculā ponūt. Tu ꝟo ꝓ multis laboꝛib⁹
et vite honeſtate ſil'em ſoꝛtieris veſtem. His dictis faucib⁹ areſa-
ctis viribuſqꝫ exhauſtis defecit loquens poſt medicū inſtillata re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

ſocillatꝰ aqua reſumptoqꝫ ſpū ad loquēdum ſe par ās ſpem fecit
auditoribꝰ ⁊ ait Utinā differret me dn̄s vſqꝫ dum cōpleto opere
dei dn̄is nr̄is loqui poſſem. O q̄ꝫ leti nūcij baiulꝰ eſſem q̄ꝫ leta q̄ꝫ
ſtupēda narrarem q̄ vidi q̄ audiui ⁊ ſenſi. q̄ parata ſunt diligenti
bꝰ deum ⁊ in laude eiꝰ vigilātibꝰ Et abbas Frater quō hec vidiſti:
Et ille Quater hac nocte raptꝰ ſum ante deū pectꝰ meū apertū eſt
et aīa mea educta ē. ⁊ ſtatim fui int̄ choros angeloꝝ ⁊ vidi domi
nā nr̄ām in immēſa claritate cū ſuis ſacris ꝟgibꝰ que ſe mihi ꝓmi
ſit in neceſſitate affuturā ⁊ ſanctū michaelē cum multo exercitu
angeloꝝ preparatū in auxiliū mihi. Nā altari ⁊ memorie ſue. ho
norē ſemꝑ ſolebam impēdere ⁊ innumerabilē multitudinē ſcōꝝ
et q̄s antea nō viderā ſtatim agnoui. Rurſumqꝫ ſpū ⁊ viribꝰ defi
ciēs loqui ceſſauit. Cōpulſus itaqꝫ de ſorbicula papillū accepit et
guſtās ait. O q̄ꝫ dulcis ē dn̄s guſtantibꝰ O quāta eſt eiꝰ ſuauita
tis abundātia q̄ꝫ larga ⁊ indeficiēs ⁊ oīm deliciarum copijs afflu
ens qua me in hac nocte reficē dignatꝰ eſt. O dulcedo illa dulce-
do gratiſſima optabilis ⁊ p̄ſtātiſſima O q̄ꝫ ſingularis q̄ꝫ excellēs
et ineffabil'. Intus eram ī corde vtrūqꝫ teneo ꝟbis autem explica
re nō valeo. Quam ſentire potui non poſſum effari rei nimietate
victꝰ Tam felici refectiōe paſtus hāc refectionē ſuꝑaddere ſuꝑflu
um duco. Hec breue ⁊ modicū nutrimētum preſtat illa ī ꝑpetu
um reficit ⁊ ſaginat. O q̄ꝫ beati ſunt q̄ illa ſine fine fruituri ſunt.
Iubēte abbate vocati ſunt quidā nouicij viri quondā ī ſeculo cla
ri ꝟtute militari inſignes q̄s ita cōſolatꝰ eſt vere felices eſtis ⁊ ter
quaterqꝫ beati q̄ de vana veſtra cōuerſatione atqꝫ mūdana vanita
te ꝑ diuinā miſericordiā vocati eſtis partē in celis cū iuſtis habi
turi. Cōſtat em̄ de ſalute veſtra ſi tn̄ ꝑſeueraueritis. Nā dn̄s da
uid indeſinēter ꝓ vobis p̄ces ad dn̄m fundit quatenꝰ qđ ſalubrit̄
inchoaſtis felicit̄ compleatis. Unū autem eoꝝ noīe exprimēs de
eo dicebat niſi portas clauſtri ingreſſus fuiſſꝫ mortis eterne por-
tas nō euaſiſſet Aderāt ⁊ hoſpites ꝯuertēdi gr̄a de ſedibꝰ ſuis euo
cati ſed nimio adhuc rerum temporalium amore detēti rem ardu
am aggredi dubitabāt. Qui fiducialit̄ accedētes ad virū dei mē-
tis fluctuationem cōfeſſi ſunt ꝙ videlicet velle adiaceret eis perfi
cere autem bonum nō inueniret̄ ſapplicabāt vt orationibus eius
adiuti mererent̄ in bono ſtabiliri. Et ille. Quādiu mente adhere
tis ſeculo nō poteſtis ꝑfecte placere deo nec firmari in bono habē
tes volūtatem fixā in malo. Quapropt̄ recedite oīno ab his que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

inutiliter amatis ⁊ nō deerit vobis gratia ſaluatoris. Si vidiſſe
tis que ego vidi oēm gloriā mūdi vilem reputaretis Deinde mul
ta querebāt ille de patre ille de frē ille de ſuo ſtatu futuro ille de pn̄
ti. Sꝫ vir dei ita ſingulis reſpōſum temperauit vt ſecretoꝝ reue
lator ⁊ cōſcientiaꝝ inſpector eſſe ꝓbaret. Mox vocāte deo ſancta
illa anima carne ſoluta eſt ad dolores corpis vltra nō reditura ſꝫ
vt credimꝰ immortalitatis luce veſtienda ⁊ perhenni gaudioꝝ ſu
auitate reficienda.
¶ Hieronymꝰ ad moniales. Angelicis choris ſanctorūqꝫ ſocie
tatibꝰ hic ſtudeatis intereſſe vt omnes poſtmodum in corpis exi-
tu vobis gaudentes ⁊ leti tanq̄ꝫ notis occurrāt. ſi ſic feceritis ni-
hil vobis dulcius nihil iocūdius q̄ꝫ his intereſſe cōuiuijs. his pa
bulis ſaciari. Quibꝰ ſemel deguſtatis terrena omnia amara red-
dant. Experto itaqꝫ ſeni deuote cōſulenti credite filie. Scio qd̄
loquor chariſſime Nam vt ī inſipiētiam loquar. Ego homuncu
lus ſic abiectꝰ ſic vilis in domo dn̄i. Adhuc viuēs in corpe ange
loꝝ ſepe choris interfui de corporeis ꝑ hebdomadā nihil ſentiēs
¶ Item Augꝰ de libero arbitrio. Tanta eſt pulchritudo iuſticie
tāta eſt iocūditas lucis eterne vt etiam ſi nō liceret in ea amplius
delectari q̄ꝫ vnius diei hora ꝓpter hoc ſolum innumerabiles hu-
ius vite dies pleni delicijs ⁊ affluentia bonoꝝ temporalium recte
et merito deſpicerentur.
¶ Idem Eterna beatitudo conſiſtit in duobꝰ ſcꝫ in neceſſaria ab-
ſentia omnis mali ⁊ in neceſſaria pn̄tia omnis boni. Si em̄ que-
ris quid ibi eſt. aliter nō poteſt reſpōderi niſi quicq̄d boni eſt ibi ē
quicquid mali eſt ibi nō eſt. ¶ Et Gregoriꝰ Nihil exteriꝰ quod
ibi appetat ⁊ nil interius quod faſtidiatur
¶ Grego. Que lingua dicē vel quis intellectꝰ capere ſufficit illi
us ſupne ciuitatis quāta ſint gaudia angeloꝝ choris intereſſe cū
beatiſſimis ſpiritibꝰ glorie cōditoris aſſiſtere. pn̄tem dei vultum
cernere. incircūſcriptum lumē videre nullo mortis metu affici in
corruptionis munere ꝑpetue letari.
¶ Augꝰ in de cōflictu vicioꝝ Recedat amor pn̄tis ſeculi in quo
nullꝰ ita naſcit̄ vt nō moriat̄. ⁊ ſuccedat amor futuri ſeculi ī quo
omnes viuificātur vt deinceps nō moriātur Ubi nec aduerſitas
turbat. nulla neceſſitas anguſtat. nulla moleſtia inquietat ſed ꝑ-
hennis leticia ibi regnat
¶ Item Hieronymꝰ. Si xp̄m dn̄m ⁊ regem cui eſt nomen ſuꝑ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

omne nomē oportuit pati ⁊ ita intrare ī gloriā ſuam quā iam fi-
duciam habemꝰ nos intrare ſine labore gloriā alienā. O q̄ꝫ ſtulti
ſumꝰ ⁊ tardi corde ad credendū. Uolumꝰ hic gaudere cū ſeculo et
poſtea regnare cū xp̄o difficile eſt imo īpoſſibile vt ⁊ pn̄tibꝰ quis
fruat̄ bonis ⁊ futuris nec hic ventrē ⁊ ibi mentē repleat vt de deli
cijs ad delicias trāſeat ⁊ i vtroqꝫ ſeculo ꝑmꝰ ſic vt in terra ⁊ ī ſecu
lo appareat glorioſus. Impoſſibile ē delicijs affluere ⁊ xp̄m ſequi
Natura denegat vt cōtraria miſceātur. Non eni̅ poſſumꝰ deo ſer
uire ⁊ māmone.

¶ Uñ beatus Augꝰ. O aīa mea ſi quotidie oportet nos tormē
ta ꝑferre Si ipſam gehēnam lōgo tp̄e tolerare vt xp̄m in ſua gl'a
videre poſſemꝰ ⁊ ſanctis eiꝰ ſociari. Nonne dignū erat pati omne
qđ triſte ē vt tāti boni tāteqꝫ glorie ꝑticipes habēmur Inſidient̄
ergo demones parcēt ſuas tēptatiōes frangāt corpus ieiunia. pre
māt veſtimēta cilicina. labores grauent. vigilie exſiccant. clamet
me iſte inquietet me ille frigꝰ cōtrahat. calor adurat. caput dole-
at. pectꝰ areat. inflet̄ ſtomachus. palleſcat vultꝰ. infirmet̄ hō to-
tus. deficiat in dolore vita mea. ⁊ anni mei ī gemitibꝰ. ingrediat̄
putredo in oſſibꝰ meis. ⁊ ſubter me ſcateat vt requieſcā in die tri
bulationis ⁊ aſcēdam ad populū accinctum noſtrꝝ.

¶ Item Petrꝰ bleſenſis. Fatiſcāt mēbra vigilijs. extenuent̄ ieiu
nijs. labore frangant̄. liqueſcāt in lachrymis oculi imo ſi totū ce
rebꝝ ⁊ medulle corpis ī fletū effluāt nō ſunt tn̄ cōdigne paſſiōes
huiꝰ tp̄is ad futurā gloriam q̄ reuelabit̄ in nobis.

¶ Item O ſi ſciret homo quid ipſe quid ⁊ deus eſſet. Mille pa
ti mortes crederet eſſe nihil. O quāta erit ī celo leticia qn̄ nō ſo
lum in aīa ſꝫ etiā in corpe fuerit gloriādum. Nā intꝰ ⁊ extra ſub
tus ⁊ ſupra imo circūquaqꝫ mirabilit̄ iuſtus gaudebit. Intus de
puritate ꝯſcīe. extra de corpis glorificatiōe. ſubtus de celi ⁊ aliaꝝ
creaturaꝝ pulchritudīe. Supra de dei viſione. ⁊ circūcirca de an-
geloꝝ ⁊ oīm ſanctoꝝ iocūda ⁊ delectabili aſſociatione.

O ciuitas celeſtis māſio ſecura. patria totū cōtinens qđ delectat
Merces ſanctoꝝ tam magna eſt ꝙ nō poteſt mēſurari. tam mul
ta ꝙ non poteſt numerari. tam copioſa ꝙ non poteſt finiri. tam p̄
cioſa ꝙ non poteſt eſtimari.

¶ Petrꝰ bleſenſis ad regem anglie ſuꝑ Job Putas ne ꝙ aliq̄s in
pn̄ti vita gaudeat ⁊ in futura. Si tamē gaudiū debeat dici qđ cō
turbat̄ aſſidue ⁊ reſpergitur amaritudīe pn̄ti nimis delicatꝰ es ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

vtrūqꝫ pſumis vti ſeculo ⁊ frui xp̄o pn̄tis mūdi delicias cape ⁊ nihilominꝰ celeſtis glorie diuitias obtinere. Audi quid dictum ſit illi diuiti in euāgelio fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita tua. Merito poſſemꝰ reges ſanctiſſimos reputare inſanos ⁊ prophetas apoſtolos martyres cōfeſſores teneras ac delicatas virgines omnes qui ſpretis diuitijs ⁊ cōculcatis delicijs huiꝰ mundi ſeipſos ꝓ xp̄o tribulationi ⁊ morti obtulerūt ſi gloriam quam adepti ſunt in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in voluptatibꝰ ⁊ delicijs obtinere.

¶ Hieronymus. Quotienſcūqꝫ te vana ſeculi delectat ambitio. quotiens in mūdo aliquid videris glorioſum ad paradiſum mente tranſgredere ⁊ eſſe incipe quod futurus es.

Idem Omne opus leuius ferri ſolet cum eius precium excogitatꝛ ⁊ ſpes premij ſolacium fit laboris. Et nullus labor durꝰ nullum tempꝰ longum videri debet quo eternitatis gloria acquiritꝛ.

¶ Finiunt exempla de gaudijs regni celoꝝ. Et alioꝝ trium nouiſſimoꝝ. Impreſſa Dauētrie. In platea epiſcopi. Anno dn̄i. M.cccc.xci. Viceſimaquinta Februarij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 59